
INSTITVTIONVM IMPERIALIVM SINGVLI TITVLI SCHEMATIBVS EXPLICATI, IN QVIBVS ET DEFINITIONES NONnullæ & diuisionum uis & potestas, nec non ordinis Methodus, multaq; præterea, alio quàm ab aliis factum sit modo dilucidus, sincerius ac popularius declarantur, quæ lectioni Institutionũ & principiis Iuris magnam lucem adferre poterunt.

Autore Detleuo Langenbekio Hamburg.





Coloniæ Apud hæredes Arnoldi Birckmanni.
Anno M. D.L.V.

IN DETLEVI LANGENBEKII TABVLAS
Amandi Potgieter Cliuen. δωδεκάστιχον.



Væ tibi, non Detleue alijs meditata volebas,
 Et tacitus magna commoditate frui,
Gratulor & nobis tandem prodiſſe: Pericla
 Heus ego cenſuræ cuncta ſubibo libens.
Sunt fateor plures viſæ lectæq; tabellæ,
 At ſimili viſas ordine & arte nego.
Vos quibus ergo placet breuitas ocularis,& ordo
 Optimus,has vigili voluite ſæpe manu:
Mox,ſcio,ſordeſcent quæ turba polygrapha tantis
 Offudit tenebris Iuſtiniane tibi.
Nam quid Pandectas referam? vix prima videbit
 Hæc elementa puer: ſcholia mille leget.
Hinc fit vt in fœdis contempto fonte lacunis
 Fluctuet heu ſtudijs integra vita vagis.
Dicitur Ixion nubem complexus inanem,
 Horrida Centauros monſtra creaſſe feros.
Nos quoq; dum riuos ſequimur ſub imagine fontis
 (Proh ſuperi) quoties ſordida Iura damus?
Hos itaq; ad Iuris latices aduertite puros:
 Hic ſine ſubnixo cortice nare licet.
Quæ tibi confundunt veteres miro ordine nexa,
 Et pulchra methodo conciliata vides.
Grata tibi Detleue feret ſuffragia,quiſquis
 Sancta ſuis tenebris eruta Iura cupit.

In Zoylum.

Zoyle mordaces tandem moderare cauillos,
 Candida Iudicij candidioris egent.
Ergo vel alterius ſynceram ſuſtine χεῖρα
 Zoyle, vel tabulis abſtine quæſo manum.

AMPLISS. CLARISSI-
MISQVE VIRIS CONSVLIB. SENATO-
ribusq; Reipub. Hamburg. Detleuus Lan-
genbekius S.



Emo est qui ignoret Ampliss. Clarissimiq; uiri, quantis è tenebris ac sordibus, nuper à præclaris & illustribus ingeniis, pristino suo decori nonnihil restituta sit inclyta Iurisprudentia, quàmq; non æstimandis laboribus in eo à multis fœlicissimè etiamnum desudetur, quorum omnium is scopus ac finis est, ut nō tantum eam à prodigiosis fœdissimisq; inquinamentis, quibus infinitis modis scatet, peneq; obruta iacet, repurgare, sed etiam noua ac grata quadam luce illustrare possint. Cui proposito atq; labori ita hactenus Deus Opt. Max. fauere uisus est, ut & ingenia ad eam rē apta & idonea, alia post alia excitare nō desierit, reiq; fortunatū ac fœlicem admodum dederit successum. Quis enim non uidet in Academiis pro infantib. illis & balbutientib. disertissimos esse professores, pro Barbaris & fastidiosis Commentariis excellentissimorum uirorum nitidissima passim prodire scripta, pro infinita illa dubitationum, quęstionū, opinionum sylua, omnia iam quasi in præclara luce esse cōstituta. Quæ fœlicitas cum non tantum Iurisprudentię, sed & cęteris disciplinis Theologiæ præsertim hoc nostro seculo contigerit, est quod omnes boni ac pii magnopere gaudeant ac lætentur, Deoq; Opt. Max. pro tā ineffabili beneficio ingentes agere gratias nunquàm desistant. Quamuis enim hęc nostra tempora interim & infinitis abundent malis ac miseriis, quæ partim diuina ultione ceruicibus nostris imminent, partim nimia ingratorum hominum prauitate ac malicia proueniunt, tamen si quis ea recto ac uero iudicio inter se comparare uolet, inueniat profecto mala multis modis à bonis superari, licetq; id in uniuersum obseruare, quod quibus temporib. uera Dei cognitio, religionisq; Christianæ gloria maxime uiguit, omnia bellis, cædibus, persecutionibus, & omni genere miseriarum fuerint referta, cōtra uero quòd cum mundus pace, ocio, opibus, deliciis, rerumq; omnium affluentia ut plurimum floruit, omnia semper cęcis erroribus, superstitionib. ac tenebris fuerint iniquinatissima, nihil est enim (ut inquit poeta) ex omni parte beatum. Quæ res diligenter considerata, & facilius nos in his tantis miseriis consolari, & ad patiētiam munire possit, quid enim proderit in rebus hisce mundanis secunda uti fortuna, omnibusq; abundare copiis, à uera autem dei cognitione ac luce latissime abesse, salutisq; facere iacturam, ut taceam de illis, qui ue-

ræ reli

ræ religionis & doctrinæ odio atq; inuidia obcæcati, dum nihil non ad ueritatis oppresionem moliuntur, omnemq;, ut spurcissimas suas idololatrias sustentare possint, mouent lapidem, ipsi omnium calamitatū ac miseriarum autores sunt, qui certe dum aliis incommodare, eosq; male afficere quàm maximè student, ipsi interim omnium sunt miserrimi, eoq; miseriores, quòd ueram ac profundam suam calamitatem non intelligunt, nec si detur, intelligere uelint, quæ cæcitas & obstinatio satis deplorari non potest, sed quid agas? dum eos pro corruptis ac prauis suis affectibus, quiduis potius quàm ueritatis splendorem malle uideas, potiusq; in tenebris atq; abysso errorū manere, quàm in luce uersari optent, quare meritò dei iudicio relinquēdi sunt. Hæc autem propterea ad uos scribo, quod haud ignarus sim, quantis procellis ac fluctibus repurgatæ religionis ergò, hisce annis iactati, quantisq; sollicitudinibus, curis, anxietatibus uexati ac prope cōfecti sitis, ut taceam de infinitis ac immensis illis sumptibus, quibus respublica uestra tantum non exhausta est. Quæ omnia profecto (ut constantes decet) forti animo contemnenda, leuiusq; ferenda sunt, dum postremo quod piis uotis optandum est, amabilem illam ac preclaram uocem emittere liceat, Tandem Iustitia uictrix. Scitè enim illud dictum est, Veritatem uulnera pati non mortem. Item cum omnia tempore intereant, Solam Veritatem Temporis esse filiam, nec deerit procul dubio apud posteros constantiæ rectoq; affectui sua laus. Sed de his fortasse nimis prolixè ad uos, qui ut sapientissimi prudentissimiq; estis, ita exactius hæc omnia æstimare ac iudicare poteritis, ut & sedulo fieri non dubito, quàm mihi uel ingenio uel oratione assequi datum sit. Vt autem ad meū institutum amplis. uiri ueniam, sane sic se res habet, quod dū admiratione & gaudio florentis ac quasi postliminio quodam restitutæ Iurisprudentiæ, uetera mea nimis heu diu intermissa studia nonnihil repeto, uero nimirum ordine à primis elementis incipiens, indeq; ad maiora iter faciens, statim in ipsis principiis, Institutionib. scilicet Iustiniani Imperatoris, cū accuratius singula quæq; scrutor, animaduerto interpretes in definitionum ordiniq; methodica explicatione nō admodum diligentes, immo quandoq; & falsos fuisse, multaq; & popularius, & ad iuuentutis captum utilius & distinctius, quàm factum sit, tractari posse. Cui rei cum exercendi ingenii causa manum admouere liberet, operamq; nonnullam impendere, statim in ipso ingressu id omninò uerissimum esse expertus sum, uisaq; mihi res est inter tractandum non nihil ex sententia succedere. Id igitur instituti mei fuit, ut primum, quātum ingenio (quod fateor perquam esse exiguum) assequi possem, ipsas definitiones, earumq; uim ac naturam proprie & ad rem ipsam perfectius intelligendam, simpliciter & nude declararem. Deinde ut singu

 lorum

lorum Titulorum res, quo ad eius fieri posset, in commodam Methodum redigerem. Tum ut diuisionũ propriam uim ac potestatem explicarem. Demum ut obscuriorib. quibusdam, quæ hactenus meo iudicio, uel etiam à doctiorib. non satis recte tractata essent, si possem, lucis aliquid adferrem. Ardua profecto ne dicam arrogans res, tot doctiss. uirorum ingeniis ac luminibus uelle officere? Sed si quis rei ipsius utilitatem rectè secum reputare ac perpendere uelit, facile me huius inuidiæ oneribus leuatum iri sperem. Primum enim ad nullius sugillationem, hoc quicquid est laboris, à me susceptum esse testor. Deinde nemini præiudicatum esse uelim, quominus in omnibus sui sit arbitrii, melioraq; si possit adferat, illud autem me solum spectasse fateor non ut eruditioribus scriberem, quod conscientia exilitatis meæ nefas esse duco, sed ut iunioribus meiq; similibus, hoc est tenuioribus ad ipsa principia facilius & rectius percipienda, adiumenti nonnihil præstarem. Illud enim in confesso est, doctiores raro se ad huiusmodi minutias demittere, aut si se demittunt, tam recondite & religiose tractant, ut quemadmodũ ipsi pro copia ac luce ingenii sui perfecte omnia intelligunt, ita & cæteros facile percipere credunt. Quo fit ut raro tyrones inuenias, qui horum principiorum exactam cognitionem teneant, uerba quidem recitare possunt, at uim eorũ, ac sententiam prorsus ignorant, quorum tamen perfecta cognitio ante omnia necessaria, fieri enim haud potest, ut nõ bene iactis fundamentis firmi ac solidi quicquam superstrui possit. Non autem dubito (nisi omni fallor coniectura) quin si studiosi his tabulis frequentem Institutionum lectionem adiungere uelint, plus inde ueri fructus & utilitatis, quàm ex longis multorum Commentariis percepturi sint. Quod uero textui tantum Institutionum seruierim, nec omnia quæ ex Pandectis & Codice ad eundem ordinem multa ac uaria adduci poterant cõtexuerim, cõsulto a me factum est, id enim permagni fuisset laboris & res in immensum creuisset, nec tam utilis tyronib. quàm onerosa fuerat futura, promptum autem cuilibet est his paucis recte intellectis, uiaq; perspecta, ad eundem modum ac ordinem & cætera sibi colligere, non tamen tam nude textum sequutus sum, quin & quandoq; quæ ultrò sese offerrent, uel magnoperè ad præsentem rem facere uiderentur, adiungerem, quod tamen non perpetuò, sed obiter, ac ne tabulæ plus nimio excrescerẽt, parcius feci. Quamuis optandum esset eruditiss. aliquem Iurisconsult. in singulos Pandectarum Titulos ad eundem, uel fæliciorem omnino modum, plenissimas nobis tabulas concinnare, quod in ipsorum Titulorum œconomia omnium fælicissime præstitit Hopperus ille Phrisius, quo labore Iuris studiosis nihil meo iudicio posset esse utilius, præterquam enim quod ordinem ac methodum (sine qua

omnes

omnes artes & mancæ ſunt & inuolutæ) demonſtrarent, & memoriam, cum omnia tam prompte ob oculos ponerentur, mirabiliter adiuuarẽt. Mihi autẽ abunde ſuffecerit, huius rei primum uel tenuiter periculum feciſſe, aliiſq; excolendi & abſoluendi occaſionem præſtitiſſe. Sane cum hunc laborem priuato tantũ uſui impendiſſem, nec animus mihi eſſet, quod ingenio iudicioq; meo non admodum fiderem, aliis facere communem, extitit, qui me eo uel inuitum traheret, nempe doctus & optimę ſpei adoleſcens Amandus Porgieter Quæſto. Cliuenſis F. Cũ enim pro ſtudiorum animorumq; noſtrorum coniunctione, quorundam Titulorum tab. ei oſtendiſſem, quę mirum in modum placuerant, non deſtitit ubi & cæteras ad finem perductas animaduertit, me & hortari & rogare, ut in gratiam ſtudioſorũ typis euulgari paterer. Quod licet grauate primò, tamen ubi ab aliis doctis quibuſdam idem à me flagitari uiderem, tandẽ ut fieret adſenſi. Cum igitur nouæ huic rei mihi patronus aliquis quęrendus eſſet, cuius autoritate ac patrocinio contra calumniatorum inuidos morſus niti poſſem, uos mihi ampliſſimi uiri prę cęteris in mentem ueniſtis, ſub quorum nomine hoc quicquid eſſet laboris mei, in publico apparere uolui, non quod rem nomine, titulo ac honore ueſtro dignam iudicarem, ſed quod mihi dignitate & ſplẽdore ueſtro ad gratiam ac defenſionem opus eſſe uiderem. Accipietis igitur ampliſſ. uiri, hoc quicquid eſt literarii munuſculi, ea fronte ac humanitate, qua omnium honeſtarum diſciplinarum ſtudia ſuſpicere, amplecti, ac fouere ſoletis, ea nimirum conditione, ut ſi quid in eo peccati uel errorum (quod uereor) inſit, id quidem omne meæ imbecillitati adſcribatur, ſi quid uerò utilitatis inde ad iuris ſtudioſos (quod arbitror) promanare poſſit, id totum amplitud. ueſtrę tanquam bonarum literarum eximiis patronis, acceptum feratur. Valete, meq; tanquam omni uobis obſequio deuotum commendatum habete. Coloniæ Agrippin. X V I I I. Auguſt. Anno MDLV.

Sequentia ſuis locis addenda.

Lib.1. Tit.5. addendum, ut ſequitur. Prima & generalis hominum diuiſio, quæ & quaſi eſſentiam harum qualitatum reſpicit, tum inferior Tit.8. formam ſpectet, eſt &c.

Lib. 3. Tit. 6. in ſecunda diuiſione actionum, ibi Fauiana, Caluiſiana, addendum, Hæ tamen duæ poſteriores in perſonā ſunt non in rem, L.1.§ hæc autem ff. Si quid in fraud. patrō.

Iuris Liber I.

Tit. I. De Iustitia & Iure.

IVSTITIA *ipsa per se uirtus, fons, origo & causa Iuris, est*

- VOLVNTAS
- CONSTANS & perpetua,
- IVS SVVM cuiq; tribuendi:

quæ uerba notant

- *Genus, quo differt*
  - *Ab intelligentia & speculatione.*
  - *A nuda potentia, ex uoluntate enim omnis actio proficiscitur.*
  - *Ab ijs, quæ*
    - *A naturæ quadam præstantia & excellentia pendent.*
    - *Non omnino spontanea & gratuita sunt, sed & proprij emolumẽti admixtã habẽt rationẽ, ut cæteræ uirtutes*
- *Habitum & immutabilem perfectiorem, ut differat ab ijs quæ iuste fiunt*
  - *Fortuito, absq; certa ratione.*
  - *In quibusdam tantũ uel casibus uel personis.*
  - *Aliquo tantùm tempore.*
- *Proprium ac finem, quo differt à cæteris uirtutibus, proprie enim hæc*
  - *In actu & operatione consistit.*
  - *Non se sed alterum respicit, omnesq; in uniuersum.*
  - *Ad societatis humanæ coniunctionem conseruandam pertinet.*

Munus Ius suum cuiq; tribuendi in æqualitate hinc inde conseruanda cõsistit, eius autem quærendæ & inueniendæ duplex est ratio & norma

- *Geometrica, cum scilicet non simpliciter quo ad numerum uel quantitatem, sed proportione aliqua qualitatũ uel graduum inuicẽ fit comparatio, sicut cum dicimus, ut unum ad duo, sic decem ad uiginti, ut nouem ad sex, sic sex ad quatuor &c. quamuis enim utrobiq; disparitas sit numeri excedentis, eadem tamen est ratio & proportio, in priori casu dupla, in posteriori sesquialtera, & habet locum in distribuendis uel*
  - *Rebus.*
  - *Dignitatibus.*
  - *Honoribus,*
  - *Premijs.*
  - *Pœnis.*
  - *Contributionib.*
  - *Officijs &c. Illa enim non æqualiter omnino locum habent, sed secundum rationem circumstantiarum, ac qualitatẽ personarum & debentur & dispensari debent.*
- *Arithmetica, cum scilicet simpliciter numeri, quãtitatis uel calculi tantum inuicem fit cõparatio, sicut cũ dicitur, ut quinq; ad quatuor sic tria ad duo, ut sex ad quinq;, sic quinq; ad quatuor &c. ibi enim nulla proportionum ratio & æqualitas, sed tantum paritas numeri excedentis, qui utrobiq; unus & idem est, inspicitur, & habet locum in*
  - *Commutationib. Contractib. Pactis, Commercijs &c. in illis enim nulla personarum habita ratiõe æquè fides omnib. & ab omnibus præstãda est, æqualitatisq; in negocio subiecto habenda consideratio.*
  - *Maleficijs & delictis, quæ æque committũtur à maiorib. minorib. in maiores, minores &c. quamuis pœnarũ poßit eße discrimen.*
  - *Damno dato, quod æquè uni atq; alteri, ab uno atq; ab altero sarciendum est.*
  - *Iudicijs in quib. nullus personarum respectus esse debet &c. Hæc enim pars personis perinde utitur ac si omnes æquales eßent.*

Iuris disciplina Studiū, & theoria, IVRISPRVDENTIA *dicitur, quæ est*

Quo ad res subiectas, DIVINARVM ATQVE HVMANARVM RERVM NOTICIA, *hoc est, penitißima cognitio iuris discriminis, atq; ordinis singularum rerum, tam*

- *Diuinarum, uidelicet earum, quæ spectant ad*
  - *Religionem.*
  - *Sacra &c.*
- *Humanarū, idq; uel*
  - *Publicarum* / *Priuatarū,* — *quæ cōsistunt in*
    - *Rebus.*
    - *Personis.*

Nullæ enim in tota rerum natura res sunt, quæ non certo suo iure contineantur.

Quo ad proprium & finem, IVSTI ATQVE INIVSTI SCIENTIA. *Prudentiæ enim uis (ut ait Cicero) propriè in delectu, eorum scilicet quæ inuicem contraria sunt, consistit, idq; uel*

- *In inuestigandis ac discernendis principijs & fontibus ipsius Iuris, multa enim natura uel iusta uel iniusta sunt,* L. *iure naturæ* De reg. iuris, L. *Scire oportet,* De Excusa. tuto. L. *probrum* De Verb. sig.
- *In ijs commode constituendis & condendis, quæ pro iure ac legib. obseruari debent, scilicet ut*
  - *Imperentur & permittantur quæ iusta sunt.*
  - *Vetentur & puniātur quæ iniusta sunt,* L. *Legis uirtus* De Legib. *Ipsæ enim leges tanquam administræ, & instrumenta sunt iuris, quæ & uiam monstrant, & ad ea quæ iusta, & recta sunt quasi manu ducunt, ab iniustis autem deterrent.*
- *In ijs quæstionibus recte dijudicandis, quæ ex controuersijs rerū atq; personarum nascuntur. Hæc enim proprie (nisi fallor) iusti atq; iniusti sunt obiecta, & spectat hæc Iurisprudētia proprie ad Inuentionem.*

IVS quo

IVS quo ad eius usum, effectũ, & praxin, est

- ARS, hoc est, certa quædam facultas, uis & ratio, quæ quidem à primis naturæ noticijs cœpit, præceptis autem doctrinæ exculta & perfecta est.
- AEQVI ET BONI, hoc est, perspiciendi quid æquum & bonum, honestũ licitũ ac iustũ sit, quæ perspicientia præcipuè consistit in
  - Intelligendo, quid & Ciuile & naturale, & communi hominum societati commodum atq; utile, omnibusq; adeo æquabile sit.
  - Diligenti ac subtili consideratione circumstantiarum, quæ quæstionibus uel facti uel iuris adiunctæ sunt, ex quarum uarietate omnia & æstimanda & temperanda sunt, L. aut facta De Pœnis. Nec enim absolute respondendum est, L. in fundo alieno De rei uindi. L. Mæuia §. fi. De Annuis lega.
  - Iusta atq; æqua Interpretatione, accommodatione & usu eorum, quæ pro iure ac Legib. introducta & constituta sunt, L. ij. §. His legib. latis De orig. iuris Ne summũ ius summa iniuria fiat, & ex iure iniuria nascatur L. meminerint C. Vnde ui. Quo pertinent TT. ff. & C. De ll. & infinitæ regulæ iuris, & quæ de Interpretatione Legum scripta sunt, Alciat. de uerb. sig. Stepha. de Phedri. De interpreta. Iuris, Et spectat hæc ars proprie ad Iudicium, continetq; quasi præcepta & leges de ipsis legib.

Non facile enim implicatior paulo controuersia incidere poßit, in quam non uel de restrictione, extensione, contrarietate Legum, item scripti & sententiæ, ambiguorum, perplexorũ, aliorumue quæ ad hanc tractationem pertinẽt, quæstiones incurrant, quæ omnia quia legib. satis exprimi ac caueri impoßibile erat, huic boni atq; æqui arti relicta sunt, quæ propterea in controuersijs ex Legũ forma ac præscripto dijudicãdis, Lesbiæ regulæ officio fungitur. Vim enim ac rigorem Legum mitigat, easq; rebus ac negocijs pro cuiusq; natura, uarietate, ac conditione, quàm potest cõmodißime applicat, mentem ac sententiam scrutatur, quæ omißa sunt aliunde colligit, dura & absurda lenit, contraria distinguit, intricata explicat, deniq; tota eius ratio eo tendit, ut ipsis legibus sine omni incommodo pie, uere ac iuste uti poßimus. Quod igitur in contractib. est bona fides, & boni uiri arbitrium, hoc in Legibus est boni & æqui ratio, quæ quamuis sit generalis ad omnia, cum & bona fides in contractib. secũdum eam omnino metienda sit, L. Bona fides Depositi, præcipue tamen in Iure & Legib. uis eius elucere debet, atq; hoc est quod Paulus ait, In omnib. quidẽ, maxime tamen in iure, æquitatem eße spectandam. Hanc igitur artem qui perfecte tenent, recte ab Vlpiano Iuris sacerdotes appellantur, pie enim & religiose in legum usu & tractatione uersandum est, tamq; circumspecte iustitia administranda, ut nõ alijs rationib. iustius atq; æquius quicquam uideri queat. d. L. bona fides uers. & probo hanc eße iustitiam, L. si seruus communis §. quod uero mandati De Furtis. Hunc quoq; ordinem & in singulis fere artibus obseruare licet, sic in Grammaticis Ratio, elegantia & concinnitas Latini sermonis, Iustitiæ est loco. Cognitio historiarum antiquitatis, & Poëtarum Iurisprudentiæ, Præceptorum, regularum ac troporum usus Iuris, quatenus scilicet est ars, multis enim modis ius dicitur, L. penult. De Iusti. & iure. Nec enim dubium est, quin ipsa res sit ante artem, quamuis arte inuenta, expeditior & cultior usus eius reddatur.

§. His Igitur.

Vera ratio docendi, discendiq; Iuris est, ut
- Primo leui ac simplici uia singula percurrantur.
- Deinde diligentißima atq; exactißima interpretatione singula excutiantur, quam rationē si solam sequantur studiosi, magnum studijs suis operæprecium sunt facturi.

§. Iuris præcepta.

Præcepta Iuris tanquàm partes eius essentiales sunt
- HONESTE VIVERE, Quod nosmetipsos, uitam moresq; nostros respicit.
- ALTERVM NON LAEDERE, quæ respiciunt proximi — Personam, corpus, existimationem &c.
- IVS SVVM CVIQVE TRIBVERE, — Res, fortunas, commercia, honores, dignitates &c.

§. Huius studii.

Totius Iuris duæ sunt positiones (hoc est ut ego interpretor duo Status, ne scilicet eādem uocē bis repeteret, quasi scilicet totum ius in illis duobus positum sit, quemadmodū & statum causæ dicimus, in quo summa quæstionis sita est, & alibi idem Vlpianus positionē peculij pro Statu uel conditione dixit, L. si noxali §. est autem De Peculio) scilicet
- Publicum, quod principaliter ad statum, hoc est, Stabilimentum atq; firmitudinem reipub. spectat, & consistit in
  - Sacris.
  - Sacerdotibus.
  - Magistratib. &c.
- Priuatum, quod ad singulorum utilitatem pertinet
  - Principaliter ad differentiam publici:
  - Generaliter ad differentiam iuris specialis & priuilegiorum.

Ius priuā

Ius priuatum diuiditur in partes suas quasi integrales, quae tres sunt, collectum est enim ex iure


- **Naturali, &**
  - *Est quod natura omnia animalia docuit, hoc est, cuius semina ac motus quidam, & in brutis animantibus cernuntur, eius enim uis non hominibus tantum, sed & caeteris animalibus à natura indita est, idq; est quod dicitur naturam docuisse, & huius generis sunt*
    - *Maris & foeminae cōiunctio.*
    - *Prolium*
      - *Procreatio*
      - *Educatio*
    - *Tuitio sui suorumq;*
    - *Libertas &c.*
  - *Causam, habet efficientem* Diuinam prouidentiam.
  - *Vim & effectum habet, quod*
    - *Apud omnes in uniuersum gentes, peraeque obseruetur.*
    - *Semper firmum atq; immutabile permaneat.*
- **Gentium, cuius**
  - *Appellatio, est inde quod omnes gentes eo utantur.*
  - *Causa efficiens est, Naturalis ratio.*
  - *Proprium, quod soli & omni humano generi commune sit.*
  - *Origo cum ipso genere humano coepit. §. Singulorum inst. De rerum diuis.*
  - *Causa Impulsiua, Vsus & necessitas.*
  - *Triplex est inspectio, nā quoddam est*
    - *Secundum naturam, quod & propterea ius naturale quandoque dicitur, cuius generis sunt*
      - *Religio*
      - *Amor*
        - *Parentum*
        - *Patriae*
      - *Acquisitio rerum necessariarum &c.*
    - *Contra naturam, cuius generis sunt*
      - *Bella.*
      - *Seruitutes.*
      - *Captiuitates etc.*
    - *Medium, cuius generis sunt*
      - *Dominiorū distinctiōes.*
      - *Contractus.*
      - *Commercia.*
      - *Obligatiōes &c: quorū si tanquam naturalium quandoq; fit mētio, de naturali facto potius, quā iure intelligendū est.*
  - *Causa finalis, est communis tranquillitas & societatis humanae coniunctio.*
- **Ciuili, quod**
  - *Est, quod quaeq; ciuitas uel populus ipse sibi constituit.*
  - *Coepit, cum ciuitates condi, magistratus creari, & leges scribi coeperunt d. §. singulorum.*
  - *Ciuilem habet rationem, & illi tantum ciuitati uel populo propriam atq; utilem.*
  - *Mutari potest consensu*
    - *Tacito per desuetudinem.*
    - *Expresso per aliam legem.*
  - *Diuiditur, secundū formam in*
    - *Scriptū cuius in iure Romano partes sunt*
      - *Leges*
      - *Plebiscita.*
      - *Principum placita, quae constitutiones appellantur, & sunt uel*
        - *Personales*
        - *Generales.*
      - *Magistratuum edicta*
        - *Praetorum.*
        - *Aedilium curulium.*
      - *Responsa prudentum.*
    - *Non scriptum, ut consuetudo, quae*
      - *Inducitur diuturno usu & moribus.*
      - *Confirmatur tacito consensu utentium.*
      - *Parem habet cum legibus potestatem.*

5. Omne autem his.

Tres sunt subiectiuæ partes Iuris, tria enim sunt, in quibus de Iure quæri potest,

- Personæ, de earum scilicet
  - Discrimine.
  - Statu.
  - Conditione.
  - Ordine.
  - Sexu.
  - Respectu.
  - Coniunctione.
  - Actibus &c.
- Res, de earum scilicet
  - Discrimine.
  - Acquisitione.
  - Alienatione.
  - Retentione.
  - Commercijs &c.
- Actiones, ut cum quæritur, uel
  - De Iudiciorum uel actionum
    - Origine.
    - Discrimine.
    - Natura.
    - Forma.
    - Ordine.
    - Impetratione.
    - Effectu &c.
  - Quid in quæstionibus, quæ ex controuersijs rerum & personarum oriuntur, iuris sit, quo casu propriè iusti atq; iniusti scientia locum habet, & effectus iuris accipitur. Finis enim iudicij (ut inquit Cicero) ius est L. 2. §. post originem. De orig. iuris.


Tit. III. De Iure personarum.



Tit. IIII. De ingenuis.




Libertini



Libertini sunt, qui ex iusta seruitute manumißi sunt: in manumißione autem consideratur

- *Notatio nominis, nam dicta est, quasi mißio de manu, hoc est, potestate.*
- *Origo, quæ est à Iure gentium.*
- *Solennitas, modus, locus, tempus, nam potest fieri, uel*
  - *In Sacrosanctis Ecclesiis.*
  - *Vindicta.*
  - *Inter amicos.*
  - *Per epistolam.*
  - *Testamento.*
  - *Codicillis.*
  - *Censu.*
  - *Apud magistratum*
    - *Pro tribunali.*
    - *In transitu.*
  - *Alijsq; multis modis, & ueteri & nouo iure introductis.*
- *Effectus, nam*
  - *A principio urbis Romanæ una & simplex erat manumissorum libertas, ciuesq; Romani efficiebantur.*
  - *Postea triplex facta est eorum conditio, quidam*
    - *Ciues Romani.*
    - *Latini.*
    - *Deditiej de quibus abunde Theoph. & Vlpian. in Epit.*
  - *Hodie, secundum pristinũ ius simpliciter fiunt liberi & ciues Romani, sublata omni ueteri differentia*
    - *Aetatis*
      - *Manumißi.*
      - *Manumittentis: quamuis nonnulli ad discrimen dominij sublatũ referant C. De nudo iure Quirit. toll. ut & Theoph. facit.*
    - *In modo ac forma manumittendi.*


Tit. VI. Quibus ex causis manumittere non licet.




Tit. VII. De L. Fusia Caninia tollenda.

De lege Fusia uel Furia Caninia, Vlpianus in Epit. cap. 1. in fi. Caius in Institut.

Tit. VIII. De iis qui sunt sui uel alieni Iuris.



Tit. IX. De Patria potestate.



Matrimonium

Matrimonium

- **Est**
  - Coniunctio
  - Viri & mulieris,
  - Indiuiduam uitae consuetudinem continens.
  - quae uerba notant
    - Genus, infinitae enim & rerum & personarum sunt coniunctiones.
    - Proprium & differentiam.
    - Vim, effectum, & potestatem.
- **Causam habet**
  - Efficientem, Ius naturale.
  - Impulsiuam, Fornicationis euitationem.
  - Finalem, Prolium legitimarum susceptionem.
- **Formam habet ipsum consensum.**
- **Modum habet, nam**
  - Olim tribus modis cõtrahebatur,
    - Vsu.
    - Farre.
    - Coemptione.
  - Hodie uno tantum modo, sponsalibus praecedentibus contrahitur, uel inter
    - Praesentes.
    - Absentes.
- **Contrahere possunt**
  - Masculi puberes, id est, XIIII. annorum.
  - Foeminae uiripotentes, id est, XII. annorum.
  - Patresfamilias, Matresfamilias.
  - Filij familias. / Filiae familias — Dummodo praecedat consensus parentum, in quorum sunt potestate, nisi sint furiosi.
  - Omnes qui non sunt prohibiti.
- **Prohibitum est, uel**
  - Naturali, et communi iure, ut inter
    - Parentes & liberos, siue
      - Naturales & legitimos.
      - Naturales tantum.
      - Legitimos etiam emancipatione secuta.
    - Fratres & sorores, siue
      - Consanguineos.
      - Vterinos.
      - Adoptione coniunctos, quàm diu durat adoptio.
    - Eos qui loco parentũ uel liberorum sunt, uel ratione
      - Cognationis, ut
        - Patruum & fratris filiam, uel neptem.
        - Auunculum & sororis filiam, uel neptem.
        - Materteram & sororis filium uel nepotem.
        - Amitam & fratris filium uel nepotem.
      - Affinitatis, ut
        - Vitricum & priuignam.
        - Nouercam & priuignum.
        - Socerum & nurum.
        - Socrum & generum.
        - Leuirum & fratriam.
        - Glorem & sororium.
        - Sponsam patris & filium.
        - Sponsam filij & patrem.
    - Eos, quorum alteruter uel aliam uxorem aliumue maritum habet.
  - Ciuili & speciali iure, ut inter
    - Senatoriae dignitatis & libertinos.
    - Tutorem uel curatorem, eorumq́; filios & pupillam.
    - Eum, qui in prouincia officium gerit, & prouincialem mulierem.
- **Legitimum, praemium habet, & effectum, ut liberi in potestate sint parentum, siue**
  - Ab initio constitit matrimonium.
  - Ex post facto, dotalibus confectis instrumentis, matrimonium esse coepit.
- **Illicitum uel nefarium poenas habet, quod**
  - Liberi nati non sint in potestate, nec parentem habere censeantur.
  - Nec uir, nec uxor, nec nuptiae, nec dos intelligatur.
  - Nec dotis, nec donationis exactioni locus sit.
  - Infamiam irroget, alijsq́; coercitionibus extraordinariè puniatur.
- **Dirimitur**
  - Morte.
  - Diuortio &c.

Tit. XI. De Adoptionibus.

Adoptio

- Origine est Iurisgentium, cum & apud alias gentes eam in usu fuisse constet.
- Apud Romanos moribus est introducta, & eius iura Pontificum libris continebantur, à quibus & cognitio fere petebatur, ut est apud Cicer, poteratq; adoptio apud prætorem fieri, quamuis arrogationem Curiatis Comitijs fieri necesse erat, ut Gell. testatur.
- Fieri potest,
  - Quo ad formam,
    - Principali autoritate, cum ij qui sui iuris sunt arrogantur, quo casu
      - Expressus eorum consensus requiritur.
      - Cautio præstanda de restituendis bonis, si intra pubertatem decesserint.
      - Olim tutorum uel curatorum autoritas non erat necessaria, licet hodie sit.
      - Emancipatio, non nisi causa cognita facienda.
      - Quarta omnino relinquenda.
      - Bona eorum eis omnino manent salua, siue quæsita,
        - Ante arrogationem.
        - Post arrogationem.
      - Possunt arrogati alijs porro in adoptionem dari.
      - Non solum ipsi in potestate fiunt arrogatoris, sed & liberi eorum.
    - Imperio magistratus, cum ij qui in aliena potestate sunt, adoptantur, qui à parente naturali dantur in adoptionem, uel
      - Extraneo, quo casu
        - Sufficit eos non contradicere.
        - Iura patris naturalis non dissoluuntur.
        - Ad patrem adoptiuum, nihil transit.
        - In potestate eius non sunt.
        - Ab intestato patri adoptiuo succedūt.
      - Auo filij, uel
        - Materno,
        - Paterno, si ipse pater fuit emancipatus.
          - quo casu
            - In potestatem transeunt patris adoptiui.
            - Alij porro in adoptionem dari possunt.
  - Quo ad modum
    - Inter præsentes.
    - Pure non sub conditione.
    - Per ipsosmet qui adoptant & adoptantur, non per alios.
    - Semel non iterum.
  - Quo ad ordinem, uel
    - In locum filij.
    - In locum nepotis, quo casu ipsius filij consensus requiritur, non autem cæterorum, quibus agnatus fit.
  - Quo ad personas, uel
    - Liberorum hominum
      - Masculorum.
      - Fœminarum.
    - Seruorum, quo casu,
      - Olim serui à dominis adoptati libertatem consequebantur.
      - Hodie uel filij à dominis appellati, liberi fiunt.
- Non conceditur
  - Fœminis, nisi speciali principis indulgentia.
  - Castratis.
  - Tutoribus uel Curatoribus.
  - Minoribus natu, adoptans enim eum, quem adoptat, plena pubertate, id est, XVIII. annis, præcedere debet.
- Dignitatem non minuit, sed auget.

Tit. XII. Quibus modis ius Patriæ potestatis soluitur.

- **Ius patriæ potestatis**
  - **Soluitur,**
    - Morte, uel
      - Naturali
        - Patris
        - Aui, quo casu si filij
          - Iā ante sunt mortui uel emācipati, nepotes, neptesq; sui iuris fiunt.
          - Adhuc in potestate sunt, in illorum recidunt potestatem.
      - Ciuili, ut
        - Illis modis, quibus quis ciuitatem Romanam amittit, ut deportatione, uel
          - Patris.
          - Liberorum.
        - Illis modis, quibus quis seruus fit, ut damnatione in metallum, uel
          - Patris.
          - Liberorum.
    - Summa, Patriciatus dignitate.
    - Emancipatione, quæ
      - Fit
        - Olim per
          - Imaginarias uenditiones & subsequētes manumißiones.
          - Rescriptum principis.
        - Hodie simpliciter apud magistratum, quocunq; etiam loco.
        - Quo ad ordinem, uel
          - Filij tantum retento nepote, uel
            - Viuo
            - Posthumo, si modo ante emancipationem conceptus fuit.
          - Nepotis tantum retento filio.
      - Hoc adiunctum habet, quod is qui emancipauit emancipati,
        - Bonorum possessionem, ut patronus consequitur.
        - Tutelam nanciscitur.
      - Impetrari non potest, inuito
        - Patre,
        - Filio,
        - uel
          - Naturali.
          - Adoptiuo.
  - Inuito non acquiritur, ut si quis in locum nepotis adoptetur, filij enim consensus requiritur.
  - Mutatur, ut si à patre, qui in potestate habet, auo uel proauo naturali in adoptionem detur, quo casu
    - Desinit in potestate eius esse, qui in adoptionem dedit.
    - Incipit in eius esse familia, qui adoptauit.
  - Non amittitur
    - Relegatione,
    - Dignitate,
    - Militia,
    - Furore,
    - uel
      - Patris.
      - Filij.
  - Pendet captiuitate, uel
    - Patris,
    - Filij,
    - Propter ius postliminij.
  - Amissum, inuito filio non recuperatur.

Tit. XIII. De Tutelis.

- *Subdiuisio primi membri, supra Tit. VIII. eorũ enim qui sui iuris sunt, quidam*
  - *In tutela, in qua generaliter consideratur*
    - *Definitio. est enim*
      - *Vis et potestas:* — *quæ uerba notant*
        - *Genus, dicit autem, Vis & potestas, non Ius, forte ut indicet Tutelam munus esse publicum, inf. Tit. XXV. uel certe ut designet Tutelam potius facti esse, quàm iuris. Eatenus enim tantũ Iuris est, quatenus (quod ultima uerba definitionis nolunt) Legibus & Iure est introducta & confirmata, & omnia per tutorem gesta iure rata sunt, L. cum plures, De administ. tuto. quare & paßim domini loco esse dicitur. L. tutor qui tutelam eod. Eatenus facti, quatenus tutor nihil proprij iuris aut commodi ad similitudinem uel dominici uel patrij, nec in corpore nec in bonis pupilli habet: nuda enim tantum ei tutela & administratio & corporis & bonorum pupilli concessa est, L. qui negociationem eod. quare & æditnis tutores comparantur. Illa autem quæ Iuris uerbo definiuntur fere proprium & commodum, & emolumentum spectant, quod non satis uidetur percepisse Theoph. dum ius δίκαιον uertit, nec alij hactenus animaduerterunt.*
      - *In capite libero.* — *Differentiam.*
      - *Ad tuendũ eũ, qui per ætatem se defendere nequit.* — *Proprium & causam finalem.*
      - *Iure Ciuili data & permissa.* — *Causam efficientem.*
    - *Actymologia, dicta est enim à tuendo.*
    - *Ratio, quæ est naturalis æquitas, naturali enim iuri conuenit, ut is qui perfectæ non est ætatis, alieno arbitrio regatur, inf. Tit. XX. in fi.*
    - *Discrimen, quidam enim sunt*
      - *Testamentarij, de quib. Tit. prox.*
      - *Legitimi, ut inf. Tit. XV. & III. seq.*
      - *Fiduciarij, ut inf. Tit. XIX.*
      - *Datiui, ut inf. Tit. XX.*
    - *Res, nam*
      - *Non certæ rei uel causæ, sed toti patrimonio dantur tutores, nisi regionibus separatum fuerit patrimonium.*
      - *Non rebus tantum, sed & moribus pupillorum præponuntur.*
    - *Inuentarij confectio, ante eius enim confectionem nemo ad administrationem admittitur L. tutor, qui repertorium, De administ. tuto.*
    - *Autoritas & officium, inf. Tit. XXI.*
    - *Quomodo finiatur, inf. Tit. XXII.*
    - *Cautio, inf. Tit. XXIII.*
    - *Administratio, inf. Tit. XXIIII.*
    - *Excusatio, inf. Tit. XXV.*
    - *Ratio, inf. Tit. XX. in fi.*
    - *Remotio, inf. Tit. XXVI.*
  - *In Cura, ut inf. Tit. XXIII.*
  - *Neutro Iure tenentur.*

In testamen-

Tit. XIIII. Qui testamento tutores dari possunt.

In testamentarijs tutoribus considerantur,


- *Origo, nam L. X II. tabulæ. sunt introducti.*
- *Personæ*
  - *Qui dari possint, ut certa persona, idq́, uel*
    - *Paterfamilias & omnis cum quo testamenti est factio, cuiuscunque est dignitatis.*
    - *Filiusfamilias.*
    - *Liber,*
    - *Seruus, uel*
      - *Testatoris, qui eo quod tutor datus est, tacitè & directam libertatem consequitur.*
      - *Alienus, qui sub conditione cũ liber erit, rectè tutor scribitur, purè autem datus, fideicommissariam consequitur libertatem.*
    - *Maiorennis.*
    - *Minorennis, qui eo tempore tutor erit cum maior factus fuerit.*
    - *Masculus, non autem fœmina.*
    - *Compos mentis.*
    - *Furiosus, qui eo tempore, cum compos mentis factus fuerit, tutor erit.*
  - *Qui dare possint, ut pater, non autem mater, datus tamen confirmandus est.*
  - *Quibus dentur, ut*
    - *Filijs, filiabus,*
    - *Nepotib. neptib. si nõ sint in alterius potestatem recasuri,*
    - *Siue*
      - *Iam natis.*
      - *Posthumis.*
      - *In potestate.*
      - *Emancipatis, quo casu confirmatio necessaria, licet sine inquisitione.*
      - *Institutis.*
      - *Exheredatis.*
- *Modus, nam dari possunt, uel*
  - *Ad certum tempus,*
  - *Ex certo tempore,*
  - *Sub conditione, uel*
  - *Ad conditionem.*
    - *Fortuita.*
    - *Voluntaria.*
  - *Vnus, Plures.*
- *Forma, nam quidam dantur causa*
  - *Honoris.*
  - *Noticiæ rerum.*
  - *Administrationis.*
- *Verba, nam si dederit tutores*
  - *Filijs uel filiabus, & posthumis dedisse intelligitur, non nepotib.*
  - *Liberis, tam filijs quam nepotib. utriusq; sexus dedisse censebitur.*
  - *Posteris, tam filij posthumi utriusq; sexus, quàm cæteri liberi continebuntur.*
- *Vis & potestas, nam*
  - *Olim eorum singulorum autoritas sufficiebat, quod secus erat in legitimis L. fi. C. de autor. præst.*
  - *Satisdare, rem pupilli saluam fore non compelluntur.*
- *Pœna, nam si nolint esse tutores, remouentur ab ijs, quæ eis testamento relicta sunt.*
- *Impedimentum, nam non fiunt tutores, si*
  - *Ex testamento adita non fuerit hereditas.*
  - *A testatore postea fuerint uetiti.*
  - *Inimicitia uel improbitas uitæ emerserit.*

Tit. X V. De legitima agnatorum tutela.

Tit. X V I I. De legitima patronorum tutela.


Tit. X V I I I. De legitima parentum tutela.

Tit. X I X. De Fiduciaria tutela.



Capitis

Tit. XVI. De Capitis diminutione.



In Tutorib:


Tit. X X. De Attiliano Tutore, & eo qui ex L. Iulia & Titia dabatur.



- In Tutor. Datiuis considerantur
  - Vetera iura nā dabātur
    - Olim
      - Ex L. Attilia Romæ
      - Ex L. Iulia & Titia in prouincijs
      - quib.
        - Dabantur
          - Quo ad modum
            - Perpetuo, si nullus omnino, nec legitimus, nec testamentarius erat tutor.
            - Ad tempus, si
              - Testamētarij nō poterāt esse tutores, utpote necdum
                - Existente
                  - Die
                  - Conditione.
                - Adita hæreditate.
              - Legitimi uel testamentarij erant
                - Ab hostib. capti.
                - Alio modo à tutela suspensi
          - Romæ à
            - Pretore
            - Maiore parte, tribunorum plebis.
          - In prouincijs, à præsidibus.
        - Nihil expreßum erat de
          - Cautione præstanda.
          - Compellendis tutoribus.
    - Deinde ex Senatusconsultis & L. Iulia de maritandis ordin. quibus dabantur, uel
      - Certæ rei, ueluti ad
        - Dotem constituendam.
        - Hereditatem adeundam.
      - His quorum tutores erant uel muti, surdi, remoti, absentes &c. Vlpia. in Epito.
    - Postea à Consulib. ex inquisitione.
    - Quartò à pretorib. ex Principum constitutionibus.
    - Quintò ex inquisitiōe
      - Romæ à
        - Præfectis urbi.
        - Pretorib.
        - Secundum limites cuiusq; iurisdictionis.
      - In prouincijs à
        - Præsidibus.
        - Magistratib. iussu præsidum, si modicæ erant pupillorum facultates.
  - Nouum ius, nam hodie
    - Dantur à
      - Præsidibus, uel eorum iußu à magistratib. si pupilli bona quingentos excedunt solidos.
      - Magistratib. siue præsidum iußu, si pupilli bona intra quingentos sunt solidos.
    - Cautionem præstare coguntur eorum periculo, qui eam accipiunt.
  - Modus, nam dantur
    - Vnus, Plures.
    - Purè tantum non sub conditione.
    - Absentes, Præsentes.
    - Absentibus, Præsentibus.
    - Ignorantibus, Inuitis.
    - Omnibus diebus.
    - Non certis rebus, sed toti patrimonio.
  - Personæ, nam quo ad
    - Tutores, dantur fere illi tantum, qui subditi sunt iurisdictioni illius, qui dandi ius habet.
    - Pupillos, dantur illis tantum, qui eo loco oriundi sunt, uel domicilium habent, licet bona alibi sint.


Autoritas

Tit. XXI. De autoritate Tutorum.




- *Autoritas tutoris*
  - *Necessaria est, in*
    - *Promittendo.*
    - *Alienando.*
    - *Obligando.*
    - *Hæreditate,*
      - *Adeunda, Repudianda.*
      - *Ex causa fideicommißi recipienda.*
    - *Bonorum poßeßione petenda.*
    - *Omnibus, ex quibus periculum uel damnum timeri potest.*
  - *Non est neceßaria, in*
    - *Stipulando.*
    - *Acquirendo.*
    - *Omnibus, ex quibus melior pupilli conditio fieri poßit.*
  - *Fieri debet*
    - *Purè, non conditionaliter.*
    - *Statim in ipso negocio.*
    - *Ab ipso tutore præsente & sciente quid agatur, uel uno tantum ex multis, si modo administret.*
    - *Sponte non inuitè.*
  - *Non potest fieri*
    - *Post tempus.*
    - *Per epistolam.*
    - *In rem ipsius tutoris, nam controuersia inter tutorem & pupillum orta,*
      - *Olim ob solennitatem ordinariorum iudiciorum pretorius tutor creabatur, L. curatorem, De autho. tuto. L. fi. C. de in litem dan. tuto. idq; morib. erat introductum.*
      - *Iure Institutionum Curator datur, qui lite finita desinit esse Curator. Iure uero Nouell. nec debitor nec creditor potest esse tutor, excepta matre. Nouell. 72. 94.*
  - *Formam habet, ut tutor probare se dicat, quod agitur L. 3. ff. eod.*
  - *Effectum & uim habet, quod pupillus accedente tutoris autoritate ex omnibus causis obligetur, alienatioq; rata habeatur, nisi res sint immobiles, tunc enim decretum est neceßarium. C. de prædijs & alijs rebus mi.*

Tit. XXII. Quibus modis tutela finitur.



Curatores

Tit. XXIII. De Curatoribus.



Quibus addi poßunt & alia genera curatorum, de quibus in L. I. De Munerib. & hono.

Tit. XXIIII. De satisdatione Tutorum uel Curatorum.

- *Satisdatio, rem pupilli uel adulti saluam fore*
  - *Introducta est, ne bona eorum, qui in tutela uel cura sunt, consumantur uel distrahantur.*
  - *Non præstatur ab ijs, qui dati sunt*
    - *In testamento,*
    - *Ex inquisitione,*
      - *Nisi plures sint, quo casu, si*
        - *Vnus offerat satisdationem, alter debet, uel*
          - *Cedere administratione.*
          - *Ipse satisdando solus administrare.*
        - *Nullus offerat, is gerere debet, quem*
          - *Testator iußit.*
          - *Maior pars elegit.*
          - *Prætor, sua autoritate constituit.*
  - *Præstatur à tutoribus uel curatorib.*
    - *Legitimis,*
    - *Datis sine inquisitione,*
      - *qui nisi caueant,*
        - *Ad administrationem non admittuntur.*
        - *Pignoribus captis coercentur.*
  - *Exigitur à Minorib. magistratib. siue iußu præsidum, siue absque eorum iussu tutores dederint, quo nomine introducta est actio Subsidiaria, quæ*
    - *Datur*
      - *In*
        - *Magistratus, si uel*
          - *Moniti tutores, non dederint.*
          - *Nullam cautionẽ exegerint.*
          - *Non idoneè paßi sunt caueri.*
        - *Hæredes, si dolo magistratuum quid factum est, secus si culpa.*
      - *Pupillo eiusq; hæredib.*
    - *Non datur in maiores magistratus, qui dandi tutores ius habent.*
    - *Competit ultimo demum loco, si nihil à tutoribus uel curatorib. seruari poßit.*
    - *Datur in quemlibet insolidum.*
    - *Priuilegium non habet in bonis magistratus.*
  - *Accipi debet, uel à*
    - *Pupillo, si fari potest,*
    - *Seruo pupilli,*
      - *quo casu directa actio locum habet.*
    - *Seruo publico,*
    - *Magistratu,*
      - *quo casu utilis datur.*

Causę excusa-

Tit. XXV. De excusationibus Tutorum uel Curatorum.



Tit. XXVI. De suspectis Tutorib. uel Curatorib.

- In suspecti cognitione considerantur
  - Origo, nam descendit ex L. XII. tab.
  - Personæ,
    - Ad quos spectet, ut
      - Romæ ad prætorem.
      - In Prouincijs ad præsides.
    - Qui suspecti postulari possint, ut
      - Tutores omnes, uel
        - Legitimi,
        - Testamentarij,
        - Datiui,
      - Curatores quorumcunq;
        - Siue
          - Inceperint gerere.
          - Nondum inceperint.
    - A quibus postulari possint, nam
      - Possunt
        - A masculis quibuscunque, quasi publica est enim accusatio,
        - A fœminis quibusdam,
          - Matre.
          - Nutrice.
          - Auia.
          - Sorore.
        - Ab ipsis adultis, quorũ cura geritur,
        - A contutoribus.
        - A libertis pupillorum.
      - Non possint ab ipsis pupillis.
  - Causæ, nam suspecti
    - Sunt, qui
      - Non ex fide Tutelam, uel curam gerunt.
      - Alimenta denegant.
      - Inimici facti sunt.
      - Absq; inuentario administrant.
    - Aestimantur moribus, non paupertate.
  - Effectus, nam postulati
    - Statim interdicuntur administratione.
    - Remouentur, licet satisdationem offerant.
  - Pœna, nam remoti puniuntur
    - Infamia, si ob dolum remouentur, causa autem remouendi semper decreto significari debet.
    - Pœna extraordinaria, si
      - De inopia pupilli mentiti sunt.
      - Data pecunia officium tutelæ redemerint.
      - Liberti fraudulenter tutelam liberorum patroni gesserint.
  - Finis, nam extinguitur, nec locum habet, si tutela fuerit finita,
    - Morte
      - Pupilli.
      - Tutoris, Curatoris.
    - Alijs quibuscunq; modis, cum enim tutela agi potest, cessat suspecti cognitio.

Tit. I. De rerum diuisione, & acquirendo rerum dominio.

- *In rebus considerandæ*
  - *Diuisiones.*
  - *Modi acquirendi.*
  - *Personæ, per quas nobis acquiratur, de quibus inf. Tit. IX.*

- *Res diuiduntur generaliter, & prima diuisione ac subdiuisione, secundum qualitates, nam quædam sunt*
  - *In nostro patrimonio, quarum scilicet est commercium, & uarijs ex causis cuiq; uel acquisita sunt, uel acquiri possunt.*
  - *Extra patrimoniũ nostrum, quarum quædam*
    - *Communia omnium, quæ iure naturali communia & libera sunt, nec propria fieri uel possunt uel debent, ut*
      - *Aer.*
      - *Aqua profluens.*
      - *Mare.*
      - *Littora maris.*
    - *Publica, quæ iure gentium, quo ad usum, publica manere debent, quamuis proprietas earum alicuius esse posit, ut*
      - *Flumina.*
      - *Portus.*
      - *Ripæ.*
    - *Vniuersitatis, quæ iure ciuili communi ciuium usui destinata sunt, ut*
      - *Theatra.*
      - *Stadia.*
      - *Fora.*
      - *Viæ.*
      - *Alia ciuitatum communia.*
    - *Nullius, quæ diuini uel quasi diuini iuris sunt, quarũ scilicet, nisi quo ad religionem, & eius rei gratia cui destinata sunt, nec communis, nec publicus, nec priuatus usus esse, uel potest uel debet, & fiunt uel autoritate*
      - *Publica, ut*
        - *Sacra, ut*
          - *Aedes sacræ.*
          - *Res diuinis ministerijs dedicatæ.*
        - *Sancta,*
          - *Muri.*
          - *Portæ.*
      - *Priuata, ut religiosa, cuius generis sunt sepulchra.*

Res acquirun




Res acquiruntur, uel
Singulariter, idq; uel
Iure gentium
Occupatione, ut
Venatione,
Aucupio,
Captiuitate,
Inuentione,
Earum rerum, quæ nullius in bonis sunt, sed esse poßunt.
Thesauri,
Totius, si in suo, siue
Profano.
Sacro.
Religioso.
Dimidij, si in loco
Publico,
Cæsaris,
Fiscali,
Alieno, siue
Profano.
Sacro.
Religioso.
Adiectione,
Concreta, ut
Alluuione.
Aluei mutatione.
Discreta, ut
Natiuitate ex animalib. nostris.
Natiuitate insulæ in medio fluminis.
Acceßione partis alieni prædij.
Artificio, ut si quicquam bona fide, & suo nomine fiat
Ex aliena materia, uel
In totum.
In partem.
In aliena materia, ut
Scriptura, quæ cedit chartæ
Pictura, cui cedit tabula.
Confusione uel mistura
Voluntaria.
Non uoluntaria.
Eiusdem generis.
Diuersorum generum, subtilis tamen adhibēda est distinctio, ex L. 3. & 5. De rei uindica.
Iure soli, ut
Aedificatione,
Plantatione,
Seminatione,
idq; uel
Su iin alieno.
Alieni in suo.
Bona fide, ut in fructib. perceptis ex rebus, bona fide poßeßis.
Traditione, quæ
Est, uel
Vera, præcedente iusto titulo & causa aliqua.
Ficta, idq; uel
In certam personam
Nuda uoluntate, si causa sequatur traditionem.
Clauium traditione.
In incertam
Proiectione in uulgus.
Si pro derelicto habitum sit
Quasi, ut in incorporalibus.
Fit, uel ab
Ipso domino.
Alio, domini uoluntate.
Iure Ciuili
Vsucapione, inf. Tit. VI.
Donatione, inf. Tit. VII.
Legatis, inf. De Legatis.
Fideicommißis, inf. De singulis reb. per fi. re.
Vniuersaliter, ut
Hæreditate.
Bonorum poßeßione.
Arrogatione.
Addictione bonorum liber. conseruand. causa.
Bonorum uenditione, & ex S.C. Claudiano, de quib. inf.

Secunda

Secunda rerum diuisio, secundum substantiam, quædam enim sunt

- *Corporales, quæ tangi possunt, & earum quædam*
  - *Sunt*
    - *Mobiles, ut uestis, mensa &c.*
    - *Se mouentes, ut animalia.*
    - *Immobiles, ut ea quæ solo cõtinentur, ut fundus, ædes &c.*
  - *Continentur, uel*
    - *Vno spiritu, ut homo, lapis.*
    - *Ex pluribus in se cohærentibus, ut ædificium, nauis &c.*
    - *Ex distantib. sed uni nomini subiectis, ut populus, grex, de quib. in L. rerum mistura, De Vsucapio.*
- *Incorporales, quæ tangi non possunt, sed in iure cõsistunt, & illa aut*
  - *Per se considerantur, licet illis res corporales subsint, ut*
    - *Hæreditas.*
    - *Vsusfructus.*
    - *Vsus.*
    - *Obligationes.*
  - *Rebus corporalib. inhærent, ut seruitutes prædiorum,*
    - *Vrbanorum.*
    - *Rusticorum.*



Vsusfructus

Vsusfructum


- Est Ius alienis rebus utendi, fruendi, salua rerum substantia.
- Obiectum habet certum aliquod corpus.
- Constituitur,
  - Quo ad formam, separatione usufructus à proprietate.
  - Quo ad dispositionē,
    - In testamento.
    - Inter uiuos,
      - Pactionibus.
      - Stipulationibus.
  - Quo ad modum,
    - Purè.
    - Sub conditione.
    - Ex tempore.
    - Ad tempus.
    - Continuè.
    - Alternis annis.
    - Cum repetitione, quoties amissus fuerit.
  - Quo ad res, in iis quæ
    - Vsu non consumuntur, idq; uel
      - Immobilibus, ut fundo, ædibus &c.
      - Mobilibus, ut seruis, iumentis &c.
    - Vsu consumuntur, ut
      - Vino,
      - Oleo,
      - Frumento,
      - Vestibus,
      - Pecunia etc.
      - quo casu
        - Non uerus, sed quasi est fructus.
        - Res fit eius, qui usumfructum habet.
        - Cautio præstatur de æstimatione, uel pecunia restituenda.
  - Non nisi præstita cautione, quæ duplex est, de
    - Vtendo, fruendo, boni uiri arbitratu.
    - Restituenda re.
- Acquiritur nobis, per
  - Nosmetipsos.
  - Eos, quos in potestate habemus.
- Potest ab usufructuario
  - Locari.
  - Vendi.
  - Gratis concedi.
- Diuisionem recipit, nam & in partem constitui potest.
- Ad hæredem non transit.
- Finitur,
  - Ex persona usufructuarij,
    - Morte,
      - Naturali,
      - Ciuili, ut capitis diminutione,
        - Maxima,
        - Media,
        - quibus casibus, non nisi in totum perit.
    - Cessione proprietario facta.
    - Proprietatis acquisitione.
    - Non utendo, per
      - Modum conuentum & præscriptum.
      - Tempus, quod
        - Olim annus erat in mobilibus, biennium in immobilib.
        - Hodie X. annorū est inter præsentes, XX. inter absentes.
    - quibus casibus & pro parte finiri potest.
  - Ex re fructuaria, ut rei
    - Interitu.
    - Mutatione.
  - Extrinsecus, dici uel conditionis aduentu, ad quam relictus est.
- Non perit,
  - Vsucapione rei.
  - Dominij mutatione.
  - Morte eorum, per quos acquisitus est.
- Finitus ad proprietatem reuertitur.

- *Vſus*
  - *Conſtituitur iiſdem modis, quibus uſusfructus, earundemq; omnino rerum.*
  - *Differt ab uſufructu, nam*
    - *Vſus ipſe diuiſionem non recipit, nec in partem conſtitui poteſt.*
    - *Vſuarius*
      - Non poteſt
        - *Frui.*
        - *Vendere.*
        - *Locare.*
        - *Gratis concedere.*
      - *Poteſt uti tantum, proprie enim in tractatione rei conſiſtit.*
  - *Ad hæredem non tranſit.*
  - *Finitur*
    - *Illis modis, quibus uſusfructus.*
    - *In totum, non in partem.*
  - *Finitus ad proprietatem reuertitur.*
- *Habitatio*
  - *Eſt proprium aliquod ius, diuerſum ab*
    - *Vſufructu.*
    - *Vſu, nam in ſolis ædibus locum habet, & habitandi tantum cauſa conſtituitur.*
  - *Conſtituitur illis modis, quibus Vſusfructus.*
  - *Poteſt alteri*
    - *Locari.*
    - *Gratis concedi.*
  - *Finitur tantum*
    - *Morte eius qui habitationem habet, nec enim ad hæredem tranſit.*
    - *Aedium interitu.*
    - *Temporis uel conditionis aduentu.*

In Vſucapione

Tit. V I. De Vſucapionib.& longi temporis præſcriptionib.

- *In Vſucapione conſiderantur*
  - *Definitio, eſt enim*
    - *Adiectio dominij,*
    - *Per continuationem temporis*
    - *Lege definiti,*
    - *quæ uerba notant*
      - *Genus.*
      - *Proprium & differentiam.*
      - *Cauſam efficientem.*
  - *Cauſa efficiens, quæ eſt Ius Ciuile.*
  - *Cauſa Impulſiua, quæ eſt bonum publicum.*
  - *Ratio quæ eſt, ne rerum dominia in incerto ſint, & aliquis ſit litium finis. L.1. ff. eod. L. fi. Pro Suo.*
  - *Forma, quæ in quatuor conſiſtit*
    - *Bona fide, quæ*
      - *Initio tantum adeſſe debet, tempore*
        - *Contractus.*
        - *Traditionis,*
      - *Spectatur, contrahentis tantum, non*
        - *Succeſſoris.*
        - *Eius, cui acquiritur.*
    - *Dominio alieno.*
    - *Iuſta cauſa & uera, ſiue*
      - *Lucratiua, ut*
        - Pro Donato.
        - Pro Legato.
        - Pro derelicto.
        - Pro Hærede.
        - Pro ſuo.
      - *Onerosa, ut*
        - Pro Emptore.
        - Pro Dote.
    - *Poſſeßione etiam ciuili tantum.*
  - *Res, nam*
    - *Locum habet in rebus*
      - *Immobilibus.*
      - *Mobilibus.*
      - *Incorporalibus, ut*
        - *Seruitutibus.*
        - *Actionibus &c.*
    - *Non habet locum in*
      - *Liberis hominibus.*
      - *Sacris.*
      - *Religioſis.*
      - *Rebus,*
        - *Fiſci.*
        - *Publicis.*
      - *Fugitiuis.*
      - *Furtiuis.*
      - *Vi poſſeßis.*
      - *Cæteris quæ uicium in ſe habent.*
  - *Tempora continua,*
    - *In priuatis*
      - *Olim*
        - *Annus in mobilibus.*
        - *Biennium in immobilibus.*
      - *Hodie*
        - *Triennium in mobilibus.*
        - *In immobilibus,*
          - *Decennium inter præſentes.*
          - *Vicennium inter abſentes.*
        - *In omni genere perſonalium actionum* XXX. *uel* XL. *anni.*
    - *In fiſcalibus, nam ſi*
      - *Ex fiſco uel patrimonio principis alienentur aliena,*
        - *Is qui accepit,*
          - *Olim edicto* D. *Marci quinquennij præſcriptionem habebat.*
          - *Hodie ſtatim ſecurus eſt, ſiue*
            - *Agat.*
            - *Conueniatur.*
        - *Is cuius res eſt, uel aliàs actionem habet, intra quadriennium fiſcum conuenire poteſt, niſi talis ſit perſona, quæ in integrum reſtitutionem impetrare poſſit.*
      - *Fiſcus uel princeps poßideat aliena, iure communi utitur.*
      - *Fiſco bona nondum nunciata uacent uel commiſſa ſint, quadriennij præſcriptione ſubmouetur.*
      - *Fiſco aliàs competat actio,* XX. *annorum præſcriptio cuſtoditur,* De eccleſiaſticis *in* L. fi. C. de Sacro. eccle.
  - *Continuatio, nam*
    - *Defuncti poßeßio continuatur in hæredem, uel bonorum poſſeßorem.*
    - *Alienantis poſſeßio continuatur in eum, qui ex iuſta cauſa accepit.*
  - *Interruptio quæ fit, uel*
    - *Naturaliter, ut ſi quis de poſſeßione deijciatur, uel res alicui eripiatur.*
    - *Ciuiliter, ut litis conteſtatione, imo ſola conuentione iudiciali.*



- *Donationũ duo sunt genera,*
  - *Mortis causa, quæ*
    - *Originem habet à Iure gentium.*
    - *Est, cum quis se magis habere uelit quàm eum cui donat, magisq́; eum quàm hæredem suum.*
    - *Fit propter expreßam suspicionem mortis uel periculi,*
      - *Præsentis.*
      - *Futuri.*
    - *Perficitur morte donantis sequuta.*
    - *Reuocatur, si*
      - *Superuixerit donator.*
      - *Pœnituerit donatorem.*
      - *Prior deceßerit is, cui donatum est.*
    - *Per omnia fere comparatur Legatis.*
  - *Inter uiuos, quarum quædam sunt*
    - *Simplices, quæ*
      - *Sunt, cum sine ulla cogitatione mortis simpliciter, quid alicui donatur.*
      - *Formam habent mutuũ consensum, & *
        - *Ex parte donantis, ut declaret suam uoluntatem,*
          - *Olim stipulatione interposita, qua ex parte Ciuilis est.*
          - *Hodie nudo etiam pacto, idq́; uel*
            - *In scriptis.*
            - *Sine scriptis.*
        - *Ex parte donatarij, ut recipiatur, nisi enim fuerit recepta, nullius est momenti.*
      - *Proprium habent, quòd*
        - *Ex uera liberalitate procedãt, & spontaneæ sint ac gratuitæ.*
        - *Insinuationem requirunt,*
          - *Olim, si maiores erant ducentorum solidorum.*
          - *Hodie, si quingentos excedant solidos.*
      - *Neceßitatem habent traditionis.*
      - *Fieri non poßunt*
        - *Inter*
          - *Maritum & uxorem. ff. De Donatio. inter uirum &.*
          - *Patrem & filium in potestate L. 1. Pro Donato.*
        - *A*
          - *Filijsfamilias.*
          - *Seruis, licet peculij liberam habeant administrationem.*
          - *Prodigis, cæterisq́; qui bonorum suorum liberam non habent alienationem.*
      - *Reuocari non possunt, nisi propter ingratitudinem, atrocesq́; alias causas.*
      - *Exiguntur per Condictionem ex Lege.*
    - *Non simplices, ut illæ quæ*
      - *Olim ante nuptias uocabantur, & *
        - *A Principib. ob securitatem mulierum fuerint introductæ.*
        - *Ante matrimonium perficiebantur.*
        - *Tacitam habebant conditionem matrimonij.*
        - *Post nuptias*
          - *Primò fieri non poterant.*
          - *Postea augeri permittebantur.*
      - *Hodiè propter nuptias appellantur, & *
        - *Tacitam quoq; habent conditionem nuptiarum.*
        - *Post nuptias poßunt*
          - *Augeri.*
          - *Incipere.*
        - *Aequalitatem cum dote habere debent, in*
          - *Quantitate.*
          - *Pactis.*
        - *Condictione ex Lege peti poßunt, ut constituantur.*
        - *Constante matrimonio, in bonis manent maritorum.*
        - *In rem dant actionẽ mulieri contra quemcunq; poßeßorẽ.*
        - *Soluto matrimonio æquè atq; dotes restituendæ sunt.*
        - *Tacitam non habent hypothecam cõtra priores creditores Nouell. 61. 97. 98. L. aßiduis in fi. C. Qui potio. in pig.*

Alienatio

Tit. VIII. Quibus alienare licet, uel non.



In acquisitione

Tit. IX. Per quas perſonas cuiq; acquiritur.

- *In acquiſitione rerũ conſiderandum,*
  - *Per quos acquiratur, acquirimus enim, uel*
    - *Per noſmetipſos, de quo ſup. De rerum diuiſi.*
    - *Per liberos noſtros in poteſtate, uel*
      - *Maſculos,*
      - *Fœminas,*
        - *qui*
          - *Olim quicquid acquirebant pleno iure patrib. acquirebant, exceptis caſtrenſib. peculijs.*
          - *Hodie*
            - *Ex re patris, in totum ei acquirunt.*
            - *Extra rem patris, acquirunt,*
              - *Sibi proprietatem.*
              - *Patri uſumfructum.*
    - *Per ſeruos noſtros, qui ſi ſunt*
      - *Proprij, & acquirunt, nobis*
        - *Ignorantib. & inuitis, ſi ſingulariter acquirant.*
        - *Volentibus tantum, ſi uniuerſaliter, ut in hereditatibus & cæt.*
      - *Fructuarij uel uſuarij, &*
        - *Acquirunt,*
          - *Fructuario uel Vſuario,*
            - *Ex re eorum.*
            - *Ex operis ſuis.*
          - *Proprietario, ex cauſis omnibus extrinſecus uenientibus.*
        - *Ipſi à Fructuario uel Vſuario acquiri non poßunt.*
      - *Alieni bona fide poſſeßi, &*
        - *Acquirunt,*
          - *Bonæ fidei poßeßori,*
            - *Ex re eius.*
            - *Ex operis ſuis.*
          - *Vero domino ex rebus extrinſecus accedentibus*
        - *Ipſi à bonæ fidei poſſeßore acquiri, & uſucapi poſſunt.*
      - *Liberi bona fide ſeruientes, &*
        - *Acquirunt,*
          - *Poßeßori bonæ fidei,*
            - *Ex re eius.*
            - *Ex operis ſuis.*
          - *Sibi ex cæteris cauſis.*
        - *Ipſi acquiri & uſucapi non poſſunt.*
    - *Per liberos homines, ut per procuratores.*
  - *Quid acquiratur, ut*
    - *Dominium & proprietas,* } *de quibus hoc Tit.*
    - *Poſſeßio, & per eam uſucapio,* } *de quibus hoc Tit.*
    - *Obligatio, de qua inf. lib. III. cap. XXIX.*

In testamento considerantur

- *Definitio, est enim*
  - *Voluntatis nostræ iusta sententia,*
  - *De eo, quod quis post mortē suam fieri uelit,*
  - *quæ uerba notant*
    - *Genus, Dicitur aūt iusta sententia, quasi solennis, legitima, ac secundum regulas scripti iuris perfecta, & quæ iuris, sententiæ, ac legis cuiusdam uim ac pōtestatem habeat, Nouell. XXII. §. Secundum uero illud, suisq; quasi uirib. & ipso iure efficax sit, ad excludendum ea, quæ simplicis tantum sunt uoluntatis, ut donationes causa mortis, & quæ non suis uiribus subsistunt, sed sola æquitate ac morib. sustinētur, ut Codicilli, Fideicommissa, ab intestato relicta & cæt. Iustum enim testamentum, iniusto opponitur.*
    - *Proprium & differentiam.*
- *Notatio nominis, appellatum est enim quasi testatio mentis.*
- *Vis est potestas: Publici enim iuris est.*
- *Vetera genera, ut*
  - *Ciuilia,*
    - *Calatis Comitiis*
    - *Procinctum,*
    - *Per æs & libram,*
    - *quæ &*
      - *Testium præsentiam desiderabant.*
      - *Vno contextu celebrari necesse erat.*
  - *Prætorium, septem testium signatione.*
- *Noua genera, quo ad formam*
  - *Constitutionibus introductum, septem testium & testatoris subscriptione & signatione.*
  - *In scriptis, cuius substantialia sunt*
    - *Vt uno eodemq; tempore, atq; uno contextu perficiatur.*
    - *Testes, qui*
      - *Septem requiruntur.*
      - *Specialiter ad hoc rogandi sunt.*
      - *Præsentes esse debent, testatoremq; coram uidere.*
      - *Possunt adhiberi*
        - *Omnes, cum quibus testamēti est factio, nisi specialiter sunt excepti, quod tempore testamenti inspicitur.*
        - *Pater & filius, Fratres, simul in alieno testamento.*
        - *Legatarii, Fideicommissarii, eorumq; Parentes. Liberi. Fratres.*
      - *Non possunt adhiberi*
        - *Mulieres, Impuberes, Serui, Furiosi, Muti, Surdi, Cæci,*
        - *Omnes quibus bonis est interdictum.*
        - *Improbi, intestabilesq;.*
        - *Testatoris, Pater. Liberi. Fratres.*
        - *Hæres, eiusq; Pater. Liberi. Fratres.*
    - *Subscriptiones*
      - *Testium.*
      - *Testatoris.*
    - *Signa testium, signari autem potest annulo, uel*
      - *Testatoris.*
      - *Proprio.*
      - *Alieno.*
    - *Hæredis expressio, quæ fieri potest*
      - *Manu*
        - *Testatoris, Testium, iure Codicis L. iubemus C. eod.*
        - *Aliena, iure nouella. Nouell. CXIX.*
      - *Verbis quibuscunq;.*
  - *Nuncupatiuum, quod fieri potest*
    - *Septem testibus præsentibus.*
    - *Voluntate sua uiua uoce nuncupata.*
- *Materia, scribi enim potest in*
  - *Tabulis.*
  - *Chartis.*
  - *Membranis.*
  - *Alia quauis materia.*
- *Modus, scribi enim potest plurib. codicib. si modo singuli codices solenni obseruatione facti sint.*

- Priuilegiū testandi cōceditur, uel nomine
  - Militiæ, idq; dupliciter, uel ut
    - Iure militari testari liceat. In militari autem testamento considerantur
      - Rationes uel causæ, quæ sunt
        - Nimia imperitia.
        - Expeditionis occupatio.
      - Forma, nam fieri potest
        - Absq;
          - Legitimo numero testium.
          - Alijs testamentarijs solemnitatibus.
        - Vel
          - In scriptis.
          - Sine scriptura.
        - Nuda uoluntate, seria tamen & certa.
      - Tempus, nam ualet si factum sit
        - In expeditione & castris.
        - Ante expeditionem, uel
          - Iure,
          - Non iure
            - Si tempore expeditionis id uoliturū significauerit, uel uerbis uel factis.
      - Modus, nam miles
        - Instituere potest
          - Ex certo tempore.
          - Ad certum tempus.
        - Decedere potest, partim
          - Testatus.
          - Intestatus.
      - Res & personæ, nam testari possint milites, siue sint
        - Filijsfamilias, de castrensi scilicet tantum peculio.
        - Ceci,
        - Muti,
        - Surdi &c.
          - De omnibus, si ante causariam missionem testentur, & patresfamilias sint.
      - Effectus, nam
        - In eo non habet locum
          - Falcidia.
          - Querela inofficiosi testamenti.
        - Valet
          - Et post missionem uel honestam uel causariam intra annum, licet conditio institutionis post longum demum tempus existat.
          - Etsi miles medio tempore fuerit
            - Emancipatus.
            - Arrogatus.
    - Testari liceat, idq; uel ratione militiæ
      - Præsentis, ut in filiofam. qui si erat
        - In expeditione & castris, iure militari testabatur, quod & hodie obtinet.
        - Miles, non autem in expeditione, testabatur, sed iure communi.
      - Præteritæ, ut in Filiofam. Veterano, qui utiq; testari poterat, sed iure communi.
  - Peculij, ita tamen ut iure cōmuni testandum sit, idq; uel
    - Castrensis, ut in filijsfam.
      - Militibus, non in expeditione degentibus.
      - Veteranis; idq; olim, hodie enim indistinctè testari possunt.
    - Quasi castrensis, in quo
      - Olim testandi ius fuit solis
        - Proconsulib.
        - Præfectis legionum.
        - Præsidibus prouinciarum.
        - Alijs publica dignitate uel administratione fungentibus.
      - Hodie testari licet omnibus, qui tale peculium habent L. fi. C. de inoff. testa.

Prohibentur


Tit. XII. Quibus non est permissum facere Testamentum.

- *Probibentur aliqui testari, uel ratione*
  - *Potestatis, ut quia alienæ potestati subiecti sunt, ueluti*
    - *Filijfamilias, qui si habēt peculium*
      - *Castrense uel quasi, & de eo hodie uel inuito patre testari poterint, nam talia peculia*
        - *Propria sunt eorum, qui acquisiuerunt.*
        - *Si intestati fuerint mortui, ad patrem pertinent, si nullos reliquerint, uel*
          - Liberos.
          - Fratres.
        - *A patre adimi non possunt.*
        - *A creditoribus paternis non inquietantur.*
        - *Fratribus non conferuntur.*
      - *Nō castrense, uel quasi de eo, nec patre permittente testari possunt, siue*
        - *Fuerit,*
          - *Profectitiū, id enim*
            - *In bonis est patris.*
            - *A patre adimi potest.*
            - *A creditoribus paternis occupari permittitur.*
            - *Fratribus confertur.*
          - *Aduentitiū, cuius*
            - *Vsusfructus ad patrem spectat.*
            - *Proprietas est eius, qui acquisierit.*
        - *Postea sui iuris facti decesserint.*
    - *Serui, siue*
      - *Hominum.*
      - *Pœnæ.*
    - *Captiui, si in captiuitate testentur, nam ante facta testamenta ualent, si*
      - *Redierint Iure postliminij.*
      - *In captiuitate decesserint L. Cornelia.*
    - *Obsides, nisi eis permittatur.*
  - *Aetatis, ut impuberes, licet postea puberes facti decesserint.*
  - *Defectus sensuum, ut*
    - *Ceci, Surdi, Muti,* — *qui tamen & in tali defectu, cum certa solennitate testari possunt, eorumq; & ante facta testamenta ualent.*
    - *Furiosi, Mente capti,*
  - *Morum, ut prodigi, quibus bonis est interdictum,*
    - (*Furiosi, Mente capti,* and *Morum…*) *qui in tali uicio testari nullo modo possunt, quamuis eorum ante facta testamenta ualeant.*
  - *Delicti, ut*
    - *Publicis criminibus condemnati.*
    - *Improbi intestabilesq;.*
  - *Incertitudinis, ut si quis de statu suo incertus & dubius sit.*

Tit. XIII. De exhæredatione Liberorum.

In liberorum exhæredatione uel institutione consideratur

- Testamentum
  - Paternum uel aui paterni, in quo
    - Filij in potestate, & ueteri & nouo iure nominatim sunt
      - Instituendi,
      - Exhæredandi,
        - aliàs testamentū est nullum
          - Olim
            - Ipso iure.
            - In totum.
          - Hodie
            - Si filius uelit.
            - Quo ad hæredis institutionem, non quo ad legata Nouel. 115.
    - Filiæ & nepotes, uel neptes ex filio premortuo
      - Olim poterant, uel
        - Præteriri, nec testamentum ob hoc infirmabatur, sed accrescebant scriptis hæredib.
          - Extraneis in semissem.
          - Fratrib. in uirilē.
        - Inter cæteros exhæredari.
      - Hodie æquè ac filij nominatim sunt
        - Instituendi.
        - Exhæredandi.
    - Posthumi, siue filij siue filiæ, siue nepotes uel neptes ex filio,
      - Olim
        - Indistincte si præteribantur, ualebat quidem testamentum, sed agnatione eorum rumpebatur.
        - Exhæredabantur
          - Fœminini sexus inter cæteros, ut tamen aliquid eis legaretur.
          - Masculini sexus nominatim.
      - Hodie nominatim instituendi, non autem exhæredandi.
    - Quasi posthumi, ut nepotes uel neptes ex filio in potestate,
      - Olim poterant præteriri, sed succedendo in locum patris quasi agnatione rumpebant.
      - Lege Velleia, instar posthumorum sunt
        - Instituendi.
        - Exhæredandi.
    - Emancipati
      - Iure ciuili poterant præteriri.
      - Prætorio iure iubebantur instituti uel exhæredari
        - Virilis sexus nominatim.
        - Fœminini inter cæteros.
      - Hodie nominatim sunt uel instituendi uel exhæredandi.
    - Adoptiui à patre
      - Adoptiuo,
        - Si manent in potestate, instar naturalium sunt. Instit. Exhære.
        - Si emancipati sunt, præteriri poterunt.
      - Naturali
        - Olim
          - Si manebant in familia patris adoptiui, poterant præteriri.
          - Emancipati à patre adoptiuo
            - Iure ciuili poterant præteriri.
            - Iure prætorio iubebantur institui
            - Exhæred.
        - Hodie instituti uel exhæredari
          - Est necesse, si nō transeant in potestatē patris adoptiui, quod est, si ab extraneo adoptentur.
          - Nō est necesse, si transeant in potestatē, quod fit, si ab auo materno fuerint adoptati, uel ab auo paterno, patre scilicet emancipato.
  - Militare, quo omnis generis liberi præteriri possunt, & silentium pro exhæredatione est, nec inofficiosi datur querela.
  - Maternum uel aui materni, in quo similiter præteritio pro exhæredatione habetur, sed inofficiosi competit querela.
- Modus, nam
  - Institutio fieri potest
    - Pure.
    - Sub conditione
      - Fortuita uel Mixta, exceptis filijs in potestate, nisi sub contraria conditione exhæredentur. L. 4. ff. de hæred. insti.
      - Potestatiua.
  - Exhæredatio fieri potest
    - Mala mente & notæ causa.
    - Non mala mente L. multi. De liber. & post.
    - Olim simpliciter.
    - Hodie non nisi certa exhæredationis causa expreßa Nouell. 115.
    - Pure tantum, non sub conditione.
    - In totum, non pro parte, nec à certa persona, L. 3. §. pure L. cum quidam De libe. & posthu.


In hæredibus instituendis considerantur
Personæ, institui enim possunt
Liberi homines
Vel
Vnus.
Plures in infinitum.
Siue testator eos
Nouit.
Non nouit.
Serui uel
Proprij, qui
Instituebantur
Olim non aliter, quàm cum libertate.
Hodie & sine libertate, idq; uel
Principaliter.
In subsidium.
Intelliguntur, siue quis habeat
Plenum dominium.
Partem.
Nudam proprietatem.
Si
Manserint in eadem causa, fiunt hæredes necessarij.
Viuo testatore manumittantur, uoluntarij fiunt.
Alienentur, nouum dominum hæredem faciunt.
Alieni,
Qui
Intelliguntur, etiamsi quis usumfructum habeat.
Institui possunt, si cum dominis est testamenti factio.
Vel
Vnius, idq;
Viuo domino, qui si
Manserint in eius dominio iussu eius adire debent.
Alienati fuerint, noui domini iussus requirtur
Manumissi fuerint, suo arbitrio adeunt.
Post mortem domini.
Plurium, qui
Ab omnibus adire iussi, omnibus pro parte dominica acquirunt.
A quibusdã adire iussi, illis interim pro parte acquirunt, quamuis postea accrescere possit.
Posthumi.
Omnes cum quibus testamenti est factio.
Partes, nam hæredes institui possunt, uel
Aequaliter, quod fit
Aequali distributione partium.
Nulla partium facta mentione.
Inæqualiter, idq; uel
Inæquali distributione partiũ assis, quæ partes
Sunt
Vncia, Sextans, Quadrans, Triens,
Quincunx, Semis, Septunx, Bes.
Dodrans, Dextans, Deunx.
Pro arbitrio testatoris multiplicari possunt, si tamen
Minores fecerit, singulis pro rata accrescet.
Plures fecerit, singulis pro rata decrescet.
Partib. in quorundam personis nõ expressis, nam sine partibus scripti, si
As non fuerit expletus, residuum assis habebunt.
As fuerit expletus, in alterum assem uenient.
Dupondium non fuerit impletum, quod dupondio deerit, habebunt.
Dupondiũ fuerit impletum, in tertiũ assem uenient.
Modus, nam
Scribi possunt
Pure.
Sub conditione, idq; uel
Vna, siue
Voluntaria, quæ ad omnes spectat.
Fortuita, sub qua omnes institui possunt, exceptis solis filijs in potestate.
Pluribus, quæ si adscriptæ sunt
Coniunctim, omnibus parendũ est.
Disiunctim, cuilibet parere sufficit.
Non possunt scribi
Ex certo tempore,
Ad certum tempus,
tempus enim pro non scripto habetur.
Sub impossibili conditione, quæ semper pro non scripta habetur, siue in
Institutionibus.
Legatis.
Fideicommissis.
Libertatibus.
Effectus, nam hæredis institutio per uniuersitatem continet acquisitionem, siue quis instituatur,
In assem.
In partem.

In uulgari ſubſtitutione conſiderantur

- Origo, nam L. XII. tab. eſt introducta.
- Diſpoſitionis genus ceu fundamentum, nam fieri poteſt in Teſtamanto tantum, non in Codicillis.
- Forma, quæ eſt, Si ille hæres non erit, ille hæres eſto.
- Caſus uel capita, quæ duo ſunt, ſi
  - Noluerit eſſe hæres.
  - Non potuerit eſſe hæres.
- Modus, idq; uel
  - Quo ad gradus, nam ſubſtitui poteſt
    - Vno gradu.
    - Pluribus gradibus.
  - Quo ad perſonas, nam ſubſtitui poſſunt, uel
    - Plures in unius locum.
    - Vnus in locum plurium.
    - Singuli in ſingulorum.
    - Hæredes inſtituti inuicem, quæ reciproca dicitur.
    - Inſtituti ſibi ipſis, cum cauſæ mutatione.
- Partes, nam
  - Subſtituti eas partes conſequuntur, quas habent quibus ſubſtituuntur.
  - Reciproce ſubſtituti partes conſequuntur in ſubſtitutione, quas in inſtitutione habent, ſi ſuperſtites ſint, nec enim ad hæredes eorum tranſit.
- Res, nam fieri poteſt, uel in
  - Hæreditatibus.
  - Legatis.
  - Mortis cauſa donationibus.
- Perſonæ, nam
  - Subſtitui poteſt omnib.
    - Inſtitutis, idq; uel
      - Sui iuris, conſtitutis,
      - Alieno iuri ſubiectis,
        - Quo caſu, ſi teſtator inſtitutum putauit
          - Sui iuris eſſe, cum reuera erat alieni iuris, uel contrà, ſubſtitutus in partem admittitur.
          - Sui iuris uel alieni iuris eſſe, cum & reuera talis erat, ſubſtitutus excluditur, acquiriturq; uel ipſi, uel ei cuius iuri poſtea ſubijcitur.
    - Subſtitutis.
    - Legatarijs.
  - Subſtitui poſſunt omnes, cum quibus eſt teſtamenti factio.
- Effectus, nam
  - Per eam ſucceditur teſtatori non inſtituto.
  - Si impuberi in poteſtate facta ſit, continet tacitam pupillarem.
  - Ex neceſſario hærede facit uoluntarium.
  - Subſtitutus conſequitur Ius inſtituti, etiam quo ad ius accreſcendi L. cum ex filio. §. ſi. ff. eod.
  - Subſtitutus ultimo loco omnium præcedentium partes conſequitur.
  - Locum non habet, quamdiu inſtitutus adire poteſt, nec enim concurrere poſſunt.
  - Per uniuerſitatem continet acquiſitionem.
- Quomodo expiret, quod fit ſi inſtitutus adierit.

Subſtitui


Tit. XVI. De pupillari substitutione.

Substitui potest liberis

- **Impuberib. quæ pupillaris substitutio dicitur, & cõsiderantur in ea**
  - Origo, moribus est enim introducta.
  - Causa, quæ est, quod ipsi in ea ætate testari non poßint.
  - Forma, quæ est uel
    - Simplex, si uulgari tantum modo concipiatur.
    - Duplex, ut, Si hæres erit & in pupillari ætate moriatur, sit alius hæres.
  - Dispositionis genus ceu fundamentum, nam fieri potest in testamento paterno, si & de suis rebus testatus est, uel
    - In priore parte & palam.
    - In inferiore parte, & separatim
  - Personæ, nam
    - Fieri potest
      - A parente tantum, qui in potestate habet.
      - Liberis impuberibus, uel
        - Natis, Posthumis,
        - Institutis, Exhæredatis.
        - cuiuscunq; sint
          - Sexus.
          - Gradus.
    - Substitui possunt
      - Hæredes instituti, uel
        - Vnus.
        - Plures, quo casu uocantur,
          - Illi demũ, qui
            - Nominatim scripti sunt, nec enim ad aliũ transit.
            - Hæredes extiterunt.
          - Pro ea parte, qua hæredes fuerunt.
      - Alij quicunq; etiam posthumi.
  - Modus, nam fieri potest
    - Ratione dispositionis
      - Pure.
      - Sub conditione.
    - Ratione liberorum, uel
      - Singulis liberis.
      - Ei qui eorum nouißimus impubes morietur.
    - Ratione substitutorum, uel
      - Nominatim, ut Titius.
      - Generaliter, ut quisquis mihi hæres erit.
  - Tempus, nam substituitur
    - Masculis, usq; ad XIIII. annos
    - Fœminis usque ad XII.
    - quo casu
      - Et intra id tempus ad certos annos fieri potest.
      - Post id tempus non directo, sed per fideicommissum fieri permittitur.
      - Si per uerba, Quandocunq; decesserit, fiat, compendiosa dicitur, de qua in L. uerbis ciuilib. ff. eod. L. precibus C. eod.
  - Vis & effectus, nã
    - Pupillaris substitutio testamentum est filij, quamuis unitatem ac connexionem cum paterno habeat, nam
      - Vna in utroq; solennitas sufficit.
      - Legata contribuuntur.
      - Paterno testamento infirmato, & pupillare perit.
    - Ex substitutione
      - Vulgari, succedit ipsi testatori.
      - Pupillari, succedit ipsi pupillo.
    - Substitutus Vocatur ad omnia bona pupilli, uel acquisita
      - Ex testamento paterno.
      - Aliunde.
    - Pupillaris expreßa continet tacitam uulgarem.
  - Quomodo expiret, quod fit
    - Adueniente pubertate.
    - Sublata patris potestate uel mutata.
    - Testamento paterno in totum infirmato.
- **Puberibus, uel**
  - Mente captis,
  - Surdis,
  - Mutis,
  - Alio morbo uel uicio prohibitis testari,
  - Quibus substitui potest ad exemplum pupillorum, atq; ob id exemplaris dicitur, &
    - A Iustiniano introducta est.
    - Fieri potest
      - Liberis cuiuscunq; sint
        - Sexus.
        - Gradus.
        - Aetatis.
      - A parentib. utriusq; sexus, si & sibi testamentum fecerint.
    - Substitui possunt certæ personæ si sint, ut
      - Liberi.
      - Fratres.
    - Locum habet in omnibus eorum bonis.
    - Expirat
      - Sublato uicio uel morbo.
      - Testamento principali destituto.
      - Liberis superuenientibus.

Testamenta

Tit. XVII. Quibus modis testamenta infirmentur.



Querela

Querela inofficiosi testamenti

- Iure Ciuili introducta est.
- Causam habet, acerbitatem & odium parentum in liberos.
- Colorem habet, quasi non sanæ mentis fuerit testator, cum testamentum ordinaret.
- Formam habet, quod
  - Olim filius probare tenebatur immerentem se, & indigne præteritum uel exhæredatum.
  - Hodie ipse hæres probare cogatur, causas exhæredandi etiam in testamento adscriptas esse ueras & iustas, præsumitur enim pro filio.
- Datur
  - Si nullo alio iure ad defuncti hæreditatem perueniri poßit, uel
    - Pro parte.
    - In totum.
  - Contra scriptum hæredem, cuiuscunq; sit dignitatis.
- Competit
  - Liberis
    - Naturalibus & legitimis,
    - Adoptiuis,
    - Posthumis,
    - uel
      - Præteritis.
      - Exhæredatis.
  - Parentib. aduersus testamenta liberorum.
  - Fratribus & Sororibus, turpibus personis institutis.
  - Adita demum hæreditate à scripto hærede.
- Non competit
  - Cognatis ultra fratres & sorores.
  - Liberis, si testamēto fuerit relicta, uel
    - Legitima, quæ
      - Est
        - Olim quarta.
        - Hodie
          - Triens, si pauciores sint quatuor.
          - Semis, si plures.
      - Inter plures liberos pro rata distribuenda est.
      - Aestimatur secundum quantitatem bonorum, quæ fuit tempore mortis.
    - Quantacunq; pars
      - Olim quocunq; titulo.
      - Hodie iure hæreditario tantum, ad supplemētum enim agi potest, Nouell. CXV. §. ad hæc.
  - Ei qui testamentum comprobauit, uel
    - Petendo legatum
      - Suo nomine.
      - Alieno nomine, nisi officij neceßitate fecerit, ut nomine
        - Tutorio.
        - Curatorio.
    - Soluendo debitum scripto hæredi.
  - Contra militis testamentum.
  - Contra tabulas pupillares.
- Effectum habet, quod
  - Rescindit testamentum, quandoq;
    - Pro parte.
    - In totum.
  - Præparata ad hæredem transmittatur.
  - Expugnato testamento, nec legata nec fideicommissa debeantur.
  - Deducat rem ad causam intestati, quare & alij qui non egit, prodest.
  - Præparatoria sit ad petitionem hæreditatis.
- Tempus habet quinquennium, quod à tempore aditæ hæreditatis currit.
- Pœnam habet adiunctam, quod qui succumbit, in ea perdat ea, quæ ei testamento relicta sunt.

Tit. XIX. De Hæredum qualitate & differentia.

- In hæredibus considerantur
  - Qualitates, quidam enim sunt
    - Necessarij, qui
      - Sunt, Serui testatoris, si modo directam ex testamento consequuntur libertatem.
      - Dicti, quod omnino & statim à morte testatoris necessario sint hæredes.
      - Scribi possunt hæredes quocunq; gradu.
      - Onus habent, quod ipsorum potius bona quàm testatoris à creditoribus possideri censeantur.
      - Commodum habent, ut separationem impetrare possint illorum, quæ à morte testatoris acquisiuerunt.
    - Sui, & necessarij, qui
      - Sunt, liberi immediate in potestate, siue
        - Primi gradus.
        - Vlterioris gradus.
      - Dicti
        - Sui, quod domestici sint, & quasi uiuo quoq; patre domini.
        - Necessarij, quod ipso iure & L. XII. tab. etiam inuiti sint hæredes, uel
          - Ab intestato.
          - Ex testamento.
      - A Prætore beneficium habent abstinendi.
    - Extranei, qui sunt omnes illi, qui tempore mortis non sunt in potestate testatoris.
  - Capacitas, scilicet ut sit cum eis testamenti factio, quæ
    - Consistit in eo, ut quis possit, uel
      - Testamentum facere.
      - Ex testamento acquirere, uel
        - Sibi.
        - Alij.
    - Inspicitur tempore
      - Testamenti.
      - Mortis testatoris.
      - Aditionis.
  - Acquisitio uel repudiatio hæreditatis, in quibus spectatur
    - Forma, nam
      - Sui dicuntur
        - Immiscere se hæreditati.
        - Abstinere se ab hæreditate.
      - Extranei dicuntur
        - Adire hæreditatem.
        - Repudiare.
    - Modus, nam adiri aut repudiari potest,
      - Facto, ut gerendo pro hærede.
      - Verbis.
      - Nuda uoluntate.
      - In totum, non pro parte.
    - Tempus, fieri enim potest aditio
      - Ab ignorante uel intra XXX. annos.
      - A sciente,
        - Eo tantum tempore, quo
          - Certus est defunctum esse testatorem.
          - Certo scit delatam esse hæreditatem.
          - Apertæ sunt tabul. testamenti.
        - Intra deliberandi tempus, si fuerit præstitutũ, quod est regulariter in
          - Suis, annus.
          - Extraneis, centum dierum.
    - Causa, certus enim quis esse debet, ex qua causa ad eum pertineat, aliàs nihil agitur.
    - Effectus, nam
      - Aditione facta
        - Censetur, quis iam tunc à morte defuncto hæres fuisse.
        - Postea repudiari hæreditas non potest, nisi ratione minoris ætatis.
        - Repudiantis portio accrescit, uel
          - Ipsi adeunti.
          - Hæredi eius.
        - Hæres, debitis hæreditarijs insolidum obstrictus est, nisi cum beneficio inuentarij adierit.
      - Repudiatiõe facta, postea sperari hæreditas nõ potest, nisi ratione minoris ætatis.
  - Indignitas, ff. ad S.C. Sylla. cum Tit. seq.

In Legatis considerantur infrascripta

- I *Forma acquisitionis, nam legatum*
  - *Acquiritur*
    - *Singulari titulo non uniuersali.*
    - *Ex testamento tantum & Codicillis.*
  - *Lucratiuam tantum habet causam.*
- II *Definitio, est enim secundum Imperatorem, Donatio quædam à defuncto relicta ab hærede præstanda.*
- III *Genera, nam*
  - *Olim quatuor erāt genera legatorum,*
    - *Per uindicationem.*
    - *Per damnationem.*
    - *Sinendi modo.*
    - *Per præceptionem.*
  - *Hodie una est natura & forma omnium legatorum, omniaq; legata exequata sunt fideicommissis.*
- IIII *Verba, nam*
  - *Olim singula genera legatorum proprijs ac solennibus uerbis significabantur.*
  - *Hodie quibuscunq; uerbis concipi possunt.*
- V *Actiones, peti enim possunt, uel actione*
  - *Personali ex testamento.*
  - *In rem.*
  - *Hypothecaria.*
- VI *Res, nam*
  - *Legari possunt res*
    - *Corporales, idq; uel*
XI Vſus, nam omni generi contractuum applicari poteſt.

XII Vis & poteſtas, nam
- Stipulatio ſummam & ſtrictam habet firmitatem.
- Perſonis contrahentium fixè inhæret, nec ad alium tranſit.
- Sponſor obligatus eſt ſtipulatori.
  - Naturaliter propter conſenſum.
  - Ciuiliter propter ſolennitatem uerborum

XIII Effectus, nam duæ inde naſcuntur actiones
- Condictio certi ſi certa ſit ſtipulatio.
- Ex ſtipulatu ſi incerta ſit.
- Quæ ſunt
  - Ciuiles.
  - Perſonales.
  - Perpetuæ.
  - Stricti iuris.
  - Tranſitoriæ ad hæredes.


Cætera ex Tit. De Inutilib. Stipulationib. petenda ſunt.

Tit. XVII. De duobus reis ſtipulandi & promittendi.

Pro alijs obligamur, uel
- Aeque principaliter & eodem tempore ut in duob. reis debendi.
- Non æque principaliter, idq; uel
  - Ante principalem obligationem, ut Mandando.
  - Ex poſt facto, ut ſi alienam obligationem in nos transferamus, quod fit uel
    - Conſtituendo, quo caſu prior obligatio utiq; durat,
    - Nouando.
    - Expromittendo. quib. caſibus prior obligatio perimitur.
  - Vtroq; tempore ut Fideiubendo

- *Plures rei fieri possunt uel*
  - *Stipulandi, in quib. consideratur*
    - *Forma, nam fiunt si post plurium separatam interrogationem respondeat promißor, Vtriq; uel Vnicuiq; uestrum spondeo.*
    - *Vis & effectus, nam*
      - *Singuli æquè principaliter habent reum obligatum.*
      - *Vnam eandemq; rem stipulati censentur.*
      - *Singuli ad solidam rem agere possunt.*
      - *Singuli accipiendo promißorem in totum liberant.*
      - *Vnius acceptilatione & cæteri excluduntur.*
      - *Lite ab uno contestata, cæteris solui non potest.*
      - *Interruptio ab uno facta & cæteris prodest L. fi. C. eod.*
    - *Res, nam nõ possunt fieri rerum*
      - *Diuersarum.*
      - *Earum, quæ in singulis proprium habent ius ut*
        - *Dos.*
        - *Vsusfructus L. si id quod ff. eod.*
  - *Promittendi, in quibus consideratur*
    - *Forma, nam fiunt si plures interrogati respondeant singuli, Spondeo uel Spondemus.*
    - *Modus, nam*
      - *Et inuicem fideiubere poßunt, Nouell. 99.*
      - *Diuersimode obligari possunt*
        - *Alius pure, à quo uel interim peti potest.*
        - *Alius sub conditione.*
        - *Alius in diem.*
      - *Non poßunt fieri*
        - *Ex interuallo.*
        - *Diuersarum rerum.*
    - *Dispositio uel contractus, nam non solum uerbis stipulationis, sed & omnibus generibus contractuum fieri possunt.*
    - *Vis & effectus, nam*
      - *Singuli æque principaliter sunt obligati.*
      - *Vnam eandemq; rem promisisse intelliguntur.*
      - *Singuli poßunt conueniri uel*
        - *In solidum*
        - *In partem*
      - *Singuli soluentes cæterorum perimunt obligationes.*
      - *Vnius liberatione & cæteri liberantur.*
      - *Alterius factum uel dolus & alteri nocet.*
      - *Interruptio contra unum facta & cæteris obest.*

In


In seruorũ Stipulatione cõsideratur
Forma, nam Stipulatur uel
Domino.
Sibi.
Conseruo.
Impersonaliter.
Res, nam stipulatur uel
Aliquid dari, et quomodocunq; stipuletur acquirit domino, uel
Vero qui si
Vnus, illi totum.
Plures, unicuiq; pro portiõe dominij, nisi stipulatus sit
Vnius iussu.
Vni nominatim.
Quod alteri dominorum acquiri non posit, quo casu ad alterum insolidum pertinet.
Expreßis singulorum dominorum nominib. tunc enim pro uirilib. acquiritur.
Illi aut illi, quo casu non ualet stipulatio.
Apud hostes sit, in pẽdenti erit stipulatio.
Ficto, ut hereditati.
Factum, idq; uel
Promißoris & acquirit domino.
Suum, ut Sibi ire agere licere, & ipse tantum non etiam dominus eius ire agere potest.
Vis & effectus, nam & domino inuito acquirit.

Stipulatio num quatuor sunt species,

Iudiciales, quæ à mero iudicis officio proficiscũtur, hoc est, à iudice, qui de causa cognoscit, interponi iubentur, proprie enim ad susceptũ iã iudicium pertinent, finemq; eius respiciunt (eoq; nomine differũt à cæteris iudicialibus, quæ suscipiendi iudicij gratia interponuntur) idq; uel cum

- Vltra principalem condemnationem, de aliquo cauendum est, idq; uel ex parte
  - Rei ut
    - De Dolo.
    - Ius rei non factum deterius.
  - Actoris, ut Illi rebus recte præstari &c.
- Vlterius in condemnationẽ progredi non poßit, ut de
  - Persequendo seruo, qui in fuga est.
  - Restituenda re si in potestatem reuertatur.
- De precij uel æstimationis præstatione cauendum est, ut cum res petita dolo aut culpa uel abest uel perijt.

Prætoriæ quæ propriè officium eius qui uel mixtum imperium uel iurisdictionem habet respiciunt, & principaliter per se, non iudicij alicuius suscepti nomine petuntur, idq; uel apud

- Prætorem, ut
  - Damni infecti.
  - Legatorum &c.
- Apud ædiles Curules, ut in emptis uel uenditis rebus de
  - Vitijs.
  - Morbis.
  - Dupla & cæt. quæ tamen & apud iudicẽ quandoq; interponitur.

Conuentionales, quæ priuatim conuentione reorum concipiuntur.

Cõmunes quæ & principaliter quandoq; apud eũ, qui iurisdictiõi præest, petuntur, quandoq; incidenter nomine suscepti iudicij à iudice, qui de causa cognoscit interponi iubentur, ut

- Rem pupilli saluam fore.
- Rem ratam haberi.

Stipulatio-


Tit. X X. De Inutilibus ſtipulationibus:

Stipulationes censeri poßunt inutiles uel

- *Propter ſubiectam materiam, ut ſiquis ſtipuletur*
  - *Quod in rerum natura*
    - *Non ſit.*
    - *Eſſe non poßit.*
  - *Rem.*
    - *Sacram.*
    - *Religioſam.*
    - *Publicam.*
    - *Cuius non eſt commercium.*
    - *Suam.*
    - *Turpē uel quæ cōtra bonos mores ſit etc.*
  - *Liberum hominem.*
- *Propter adiectionē extraneæ perſonæ, uel*
  - Ex parte ſtipulantis, ut ſi quis ſtipuletur
    - *Alij quam cuius iuri ſubiectus eſt, & non ualet, niſi*
      - *Stipuletur*
        - *Dominus ſeruo ſuo.*
        - *Pater filio.*
        - *Dn̄s procuratori.*
        - *Debitor creditori.*
        - *Tutor à curatore rē pupilli ſaluam fore.*
    - *Sibi aut alij, quo caſu ualet & ſolui alij uel inuito ſtipulatore poteſt.*
      - *Pœna ſubijciatur.*
      - *Solutionis cauſa quis adijciatur.*
    - *Sibi & alij, quo caſu ualet, ſed ſtipulatori dimidium tantum debetur.*
  - *Ex parte promittentis, ut ſi quis alium daturum uel facturum promittat.*
- *Reſpectu formæ, ut ſi in interrogatione & reſponſione ſit diuerſitas, quæ contingit uel ratiōe*
  - *Rerum, ut ſi quis aliud quam quid rogatus eſt promittat.*
  - *Quantitatis, ut ſi plus minusúe quam rogatum eſt promittatur, idq́; uel in*
    - *Numero.*
    - *Pondere.*
    - *Menſura.*
  - *Modi uel qualitatis, ut ſi quis non ea qualitate reſpondeat qua interrogatus eſt, uel ratione*
    - *Temporis.*
    - *Conditionis.*
- *Ratione perſonarum*
  - *Stipulantis, idque uel impedimento.*
    - *Naturali, ut in*
      - *Muto.*
      - *Surdo.*
      - *Furioſo.*
      - *Infante.*
    - *Ciuili, ut ſi ſtipuletur*
      - *Dominus à ſeruo, uel cōtra.*
      - *Pater à filio, uel contra.*
  - *Promittentis, idq́; uel*
    - *Naturaliter, ut in*
      - *Muto.*
      - *Surdo.*
      - *Furioſo.*
      - *Infante.*
    - *Ciuiliter, ut in*
      - *Seruo, qui nulli obligatur.*
      - *Filio, qui alijs non patri obligatur.*
      - *Pupillo, ſine tutoris autoritate.*
- *Ratione modi, ut ſi fiat uel concipiatur*
  - *Sub conditione impoßibili*
    - *Affirmatiua, & non ualet.*
    - *Negatiua, & ualet.*
  - *Inter abſentes.*
  - *Poſt mortem* (*quæ olim inutiles, hodie ualent.*)
    - *Stipulatoris,*
    - *Promiſſoris,*
    - *Patris uel domini,*
  - *Pridie quàm moriatur*
    - *Stipulator*
    - *Promißor*
  - *Præpoſtere.*
  - *Cum moriatur* (*quæ & olim utiles fuerunt.*)
    - *Stipulator*
    - *Promiſſor*
    - *Alius*

In fideiussione consideratur
- *Origo, nam moribus & usu est introducta.*
- Proprium, quod in eo consistit ut
  - Pro alio fiat.
  - Accessoria sit.
  - Præcedat aliqua obligatio, siue
    - Ciuilis.
    - Naturalis.
- Forma quæ est, quod
  - Per stipulationem fiat
    - Interponatur.
  - Fides alicuius pro aliquo
    - Recipiatur.
- Causa finalis, & est ut diligentius nobis cautum sit.
- Res siue subiectum, nam
  - Omnibus obligationibus accedere potest.
  - Earum tantum fit rerum, quæ in principali sunt obligatione, siue consistant in
    - Dando.
    - Faciendo, si modo honesta sint.
- Personæ, omnes enim fideiubere possunt qui non sunt prohibiti, ut serui, fœminæ &c.
- Modus, scilicet quod
  - Præcedere uel sequi poßit obligationem
  - Non in plus, sed in minus quàm in principali est, fieri poßit, idque uel quo ad
    - Rem.
    - Quantitatem.
    - Conditionem.
    - Tempus.
    - Qualitatem.
    - Locum.
  - Apud alium fieri non poßit, quàm apud quem reus promittendi obligatus est
  - Fieri poßit principali reo, uel
    - Sciente.
    - Ignorante.
    - Inuito, quo casu nec mandati nec negociorũ gestorum agitur.
  - Quibuscunq; uerbis fiat
- Liberatio, nam
  - Extinguitur, si principalis obligatio fuerit uel
    - Extincta.
    - Nouata.
  - Non extinguitur debitoris,
    - Paupertate.
    - Morte uel
      - Ciuili.
      - Naturali &c.
- Vis & effectus, nam
  - Præcise absq; ulla exceptione fideiußor obligatur, si modo scriptũ sit eum fideiußisse.
  - Non tantum ipse obligatur, sed & hæredem relinquit obligatum.
  - Simpliciter facta, in omnem causam facta censetur.
  - Olim ante reum principalem fideiussor conueniri poterat, hodie secus, Nouel. 4.
  - Perpetuata principali obligatione, & fideiußoria perpetuatur.
  - Exceptiones reo principali competentes, & fideiussori eius dantur.
  - Antequam reus principalis debeat, fideiussor conueniri non potest.
  - Singuli insolidum tenentur ipso iure, licet hodie iuuentur epistola Diui Adriani.
  - Actionem parit
    - Ex stipulatu, quæ datur creditori, apud quem fideiußum est in fideiußorem, & est stricti iuris.
    - Mandati, quæ datur Fideiussori in reum pro quo soluit, si intercesßit mãdatum, aliàs negociorum gestorum & sunt bonæ fidei.

Litera-


Literarū obligatio
Moribus & consuetudine est introducta.
Substantiam & formam habet, ipsam scripturam & orationem quae exprimitur L. non figura De actio. & obligat.
Fieri potest uel
Ante numerationem.
Post numerationem.
Differt à cōtractib. qui contrahuntur
Re, quia rem, id est, pecuniam interuenire non est necesse.
Verbis, quia
Solennitas arrogationis & responsionis non requiritur.
Huic non autem stipulationi exceptio non numeratae pecuniae obijci potest.
Olim intra quinquenniū.
Hodie intra biennium.
Consensu, quia scriptura omnino est necessaria.
Vim & effectum habet, nam
Numeratione
Secuta, ciuilem & naturalem parit obligationem.
Nō secuta, ciuilem tantum, quae
Intra biennium exceptione non numeratae pecuniae elidi potest.
Post biennium ad agendum efficax est.
Actio Condictitia ex ea nascitur, quae est
Ciuilis.
Perpetua.
Personalis.
Stricti iuris.
Transitoria ad heredes.

- *Obligationes ex cõsensu*
  - *Fiunt uel de aliena*
    - *Re, idq; uel ad*
      - *Dominij translationem, & perpetuum usum, ut in Emptione & uenditione.*
      - *Vsum & utilitatem temporalem, ut in Locatione & conductione, quamuis quandoq; & operæ sit Locatio.*
    - *Opera, idq; uel ad utilitatem*
      - *Communem & mutuam, ut in Societate, quamuis interim & res interueniat.*
      - *Priuatam & propriam, ut in Mandato, quamuis quandoq; & alterius gratia fieri poßit.*
  - *Substantiam habent solum consensum, & formalem conuentionem.*
  - *Differunt à*
    - *Literarum obligationibus, quia nullam scripturam desiderant.*
    - *Stipulatione, quia*
      - *Et inter absentes fieri possunt, uel per*
        - *Nuncium.*
        - *Literas.*
      - *Vltrò citroq; obligant.*
      - *Sunt bonæ fidei.*
    - *Ab ijs quæ re contrahuntur, quia & absq; ullius rei interuentu uel traditione perficiũtur.*

In locatio-

In emptione & uenditiõe considerãtur

Origo, nam iure gentium est introducta & à permutatione cœpit.

Forma, quæ est ipsa conuentio & consensus de { Re uendenda. / Numerando precio.

Proprium & differentia, quæ consistunt in precij pecuniarij interuentu, quamuis & postea aliud in solutum dari posit, L. precij C. De rescin. uend.

Materia,
- Res quæ uenit, uendi autem
  - Possunt omnia, quæ possunt uel { Haberi. / Possideri. / Persequi &c.
  - Non possunt, quorum commercium est prohibitũ, quod fit uel { Natura, ut in liberis hominibus. / Iure gẽtium, ut in sacris, religiosis &c. / More ciuitatis, ut in rebus publicis etc.
- Precium, quod esse debet
  - In numerata pecunia
  - Certum uel { Per se / Arbitratu certi uiri, qui si { Fuerit arbitratus, perficitur emptio. / Non fuerit arbitratus, pro nihilo est.

Media, nam fieri possunt uel { Per nosmet / Per alios nostro nomine.

Personæ, nam contrahere possunt omnes, qui non sunt prohibiti, uel
- Naturaliter, ut { Furiosi. / Infantes.
- Ciuiliter ut { Pupilli sine tutoris autoritate. / Tutores ex bonis pupilli, si clam id faciant. / Illi, qui in officio aliquo sunt &c.

Pacta, quæ uaria adijci possunt, uel ut
- Ex post facto rescindant emptionem, ut { Lex commissoria. / In diem addictio.
- Adijciant uel detrahant aliquid emptioni, L. pacta conuenta ff. eod.

Argumentum ceu signum, ut arra, quæ si
- Nulla interuenerit, utiq; tamen perfecta intelligitur uenditio.
- Data fuerit, & à contractu resilire uoluerit, { Emptor perdit, quod dedit. / Venditor duplum restituere compellitur.


Modus, nam contrahitur
- Sine scriptis, & censetur perfecta simul atq; de precio conuentum est
- In scriptis, & non nisi Instrumento absoluto perfecta intelligitur.
- Pure. Ex die.
- Vere tantum non imaginarie.
- Sponte non coacte { Fortuita. / Voluntaria.
- Sub conditione uel
- Inter absentes per { Nuncium. / Literas.

Rescißio, ff. & C. rescind. uend.


Effectus, nã perfecta emptione
- Non licet absq; pœna ab ea recedere
- Commodum & periculum rei uendite statim ad emptorem pertinet, nisi
  - Venditor { Receperit periculum. / In dolò uel culpa fuit.
  - Necessaria sit { Degustatio. / Admensio. / Adpensio.
- Tenetur
  - Venditor ad rem tradendam, quæ fit uel { Vere / Ficte, ut clauium traditione, conductione, precarij rogatione &c.
  - Emptor ad precium numerandum.
- Actiones ultro citroq; inde nascũtur,
  - Vt { Ex empto, quæ datur emptori ad rem uenditam consequendam, idq; quod interest, si non tradatur &c. / Ex uendito, quæ datur uẽditori ad preciũ obtinendũ usurasq; ex mora etc.
  - Quæ sunt { Ciuiles. / Personales. / Perpetuæ. / Vtrinq; directæ. / Bonæ fidei. / Transitoriæ ad heredes.

In locatione & conductione consideratur

- Origo, nam iure gentium est introducta, & proxima est emptioni & uenditioni, eisdemq; iuris regulis consistit.
- Forma, quæ est ipse consensus & conuentio de
  - Re.
  - Facto.
  - Mercede.
- Differentia & proprium, quæ consistunt in mercedis interuentu, & ut res ab eo proficiscatur cui aliquid in ea fieri debet L. Sabinus ff. De con. emptio.



- Materia
  - Id quod locatum est, ut
    - Opera ad aliquid faciendum.
    - Res ad utendum.
    - Aedes ad habitandum.
    - Prædia, agri fundi etc. ad fruendum, qui si locati fuerint
      - Ad tempus, proprie est locatio & conductio.
      - In perpetuum, & est contractus Emphyteuticus.
  - Merces, quæ
    - Debet esse certa, uel
      - Per se.
      - Arbitratu certi uiri, qui si
        - Arbitratus fuerit, ualet contractus.
        - Non fuerit arbitratus, non ualet.
    - Consistere potest in
      - Pecunia numerata.
      - Alijs rebus.
- Modus, nam fieri potest
  - Pure
  - Sub conditione
    - Fortuita.
    - Voluntaria.
  - Ex die
  - Ad diem
  - Quo ad uiuat
    - Conductor.
    - Locator.
  - Inter absentes.



- Perfectio, quæ contingit statim atq; conuentum est de mercede.
- Effectus, nam ea perfecta
  - Conductor omnia secundum legem conductionis facere debet, qui &
    - Tenetur
      - De
        - Dolo
        - Culpa,
          - Lata.
          - Leui.
      - Ad rei conductæ restitutionem, nisi casu fortuito interierit.
    - Heredem suum relinquit obligatum, si intra tempora conductionis fuerit mortuus.
    - Alij porro locare potest.
  - Locator
    - Pati debet conductorem, uti frui re conducta.
    - Heredem suum obligatum relinquit.
  - Actiones ultra citroq; nascuntur
    - Vt
      - Locati quæ datur locatori, uel ad
        - Mercedem.
        - Dannum in re locata datum.
        - Rem recipiendam &c.
      - Conducti, quæ datur conductori
        - Vt re conducta uti liceat.
        - Impensarum nomine.
        - Vt leges contractus seruentur.
        - Res conducta reficiatur &c.
    - Quæ sunt
      - Ciuiles.
      - Perpetuæ.
      - Personales.
      - Vtrinq; directæ.
      - Bonæ fidei.
      - Transitoriæ ad heredes.

In socie-

Tit. XXVI. De Societate,

In societate considerantur


- Origo, iure gentium enim introducta est.
- Forma, quæ est ipse consensus & cõuentio de
  - Societate ineunda, si modo honesta sit res.
  - Partib. lucri et damni, quæ sunt uel
    - Aequales, si nihil specialiter expreßum est.
    - Inæquales, pro modo pactorum.
    - Commißæ arbitrio,
      - Socij
      - Alterius
      - quo casu ad arbitrium boni uiri redigendæ sunt.
- Differentia & proprium, quæ consistunt in
  - Eo, quod nulla neceßitate constringatur, quandocunq; enim ab ea recedere licet, quamuis eius quod interest fiat æstimatio.
  - Communicatione
    - Rerum & operarum.
    - Lucri & damni.
  - Eo, quod ad heredem non transeat
- Modus, idq; uel quo ad
  - Personas, nam contrahitur uel inter
    - Duos.
    - Plures.
    - Absentes.
    - Præsentes.
  - Res, nam contrahitur uel
    - Omnium bonorum expreßim, quæ ad omnia undecunq; quæsita pertinet.
    - Vnius alicuius negociationis.
    - Simpliciter, & spectat tantum ad ea quæ ex quæstu ueniunt.
  - Tempus, nam contrahitur uel
    - Ex die
      - Certam.
      - Incertam, ut quo ad uiuant &c.
    - Ad diem
    - Sub conditione.
  - Media, nã contrahitur uel
    - Re.
    - Verbis
    - Literis.
    - Per nuncium.
- Materia,
  - Collatio pecuniæ uel aliarum rerum, idque uel hinc inde
    - Aequaliter.
    - Inæqualiter.
  - Opera.
  - Lucrum uel damnum, inde proueniens.
- Personæ, nam omnes fere contrahere poßunt, etiam
  - Filij familias.
  - Serui in causis scilicet peculiaribus.
- Tempus, nam manet donec fuerit dißoluta, dissoluitur autem uel
  - Communi consensu.
  - Fine negocij.
  - Rei interitu uel mutatione
  - Alterius sociorum
    - Renunciatione, quæ fieri potest uel
      - Procuratori.
      - A procuratore.
    - Morte
      - Ciuili.
      - Naturali.
    - Publicatione bonorum.
    - Ceßione.
- Effectus, nã
  - Bona collata statim fiunt communia, dominiumq; eorum inuicem acquiritur.
  - Lucra & damna ad singulos pro rata pactorum spectant.
  - Alter alterũ non in plus quàm facere poßit conuenire potest, ius enim fraternitatis obtinet.
  - Actio pro socio nascitur, quæ
    - Datur hinc inde ad
      - Conditiones quæ conuenerunt præstandas.
      - Partes pro rata ex societate consequendas.
      - Impensas recipiendas
      - Damna ab uno sociorum data, nam socius socio tenetur de
        - Dolo
        - Culpa
          - Lata.
          - Leui.
        - Consueta in reb. suis diligentia.
    - Est
      - Ciuilis.
      - Perpetua.
      - Personalis.
      - Bonæ fidei.
      - Vtrinq; directa.
      - Vtrinq; famosa.
      - Transitoria ad heredes.

M In man-


Tit. XXVII. De Mandato.

- *In mandato consideratur*
  - Origo, Iure gentium enim est introductum, & ex officio & amicitia ortum habet.
  - Modus, id que uel
    - Quo ad personas, quorum utilitatē respicit, nam contrahitur uel
      - Mea tantum gratia, scilicet mandantis.
      - Mea & tua.
      - Aliena tantum gratia.
      - Mea & aliena.
      - Tua & aliena.
      - Mea tua & aliena.
      - Tua tantum gratia, quod non est obligatorium.
    - Quo ad qualitatem, nam fieri potest
      - Sub conditione.
      - In diem.
      - Ex die.
    - Quo ad media, nam fieri potest
      - Per nuncium.
      - Per epistolam.
    - Quo ad uerba, nam quibuscunq; uerbis fieri potest.
  - Forma, scilicet ipse consensus de
    - Mandando.
    - Suscipiendo mandato.
  - Proprium & differentia, quæ consistunt in
    - Certæ personæ electione, non enim ad hæredem transit.
    - Gratuita mandati susceptione.
    - Eo quod de certo aliquo faciendo conuenitur.
  - Materia, ipsum factum quod mandatum est, quod si est
    - Honestum, ualet.
    - Turpe uel contra bonos mores, & non ualet.
  - Dissolutio, quæ fit re adhuc integra,
    - Reuocatione mandantis.
    - Si desinat eius interesse.
    - Renunciatione mandatarij, quæ quàmprimum fieri debet, nisi iusta causa intercedat, quare
      - Non renunciet.
      - Intempestiue renunciet.
    - Morte
      - Mandatarij
      - Mandantis, nisi mandatarius mortem eius ignoret.
  - Effectum nā,
    - Qui mandatum suscepit,
      - Exequi debet quod mandatum est.
      - Fines mandati diligenter custodire debet, teneturq; de Dolo & omni culpa.
      - Nihil eius mandati nomine apud se retinere debet.
      - Tenetur si non fecerit, si modo mandantis intersit.
    - Qui mandauit, tenetur illi qui mandatum executus est, ut rei mandatæ, impensarumq; nomine indemnis præstetur.
    - Actio ultro citroq; nascitur mandati,
      - Vt
        - Directa, quæ datur mandatori & infamat idq; uel ob negligentiam Cice. pro Rosci. L. in re mandata, C. eod.
        - Contraria, quæ datur mandatario & non infamat.
      - Quæ sunt
        - Ciuiles.
        - Perpetuæ.
        - Personales.
        - Bonæ fidei.
        - Transitoriæ ad heredes.

Tit. XXVIII. De obligationibus, quæ quaſi ex contractu naſcuntur.




- In negocio rũ gestorum obligatiõe considerantur
  - Origo, pretoris enim edicto introducta est.
  - Causa Impulsiua, quæ fuit periculum rei familiaris eorum qui aberant, uel rebus suis superesse non poterãt.
  - Causa Materialis, quæ est res ipsa gesta.
  - Causa formalis, quæ est
    - Tacita conuentio de obligando.
    - Spontanea oblatio absq; ullo mandato.
  - Finalis, utilitas eius, cuius negocium geritur.
  - Personæ, nam
    - Omnes quorum negocia gesta sunt, tenentur siue sint
      - Masculi.
      - Fœminæ.
      - Maiores.
      - Minores.
      - Pupilli.
      - Furiosi.
      - Filijfami. Serui.
      - Bona hæreditaria iacentia.
    - Omnes negocia aliena gerere possunt eoq; nomine obligantur, siue sint
      - Masculi.
      - Fœminæ.
      - Maiores.
      - Minores.
      - Sui iuris.
      - Alienæ potestatis &c.
  - Effectus, nam
    - Is qui geßit, obligatus est ei cuius negocia gesta sunt: qui quidem
      - Excusatur si utiliter cœpit, licet aduersus euentus sit secutus.
      - A semetipso, quod debet, exigere cogitur.
      - Omnium quorum cum ipso est actio, & negociorum gestorum actione conueniri potest.
      - Tenetur de
        - Dolo
        - Culpa
          - Lata.
          - Leui.
          - Leuißima.
    - Is cuius negocia gesta sunt, obligatur illi qui geßit etiam ignorans, nisi
      - Pietatis affectu gestum sit.
      - Probibitus quis geßit.
      - Obsequij causa quid factum sit, ut à liberto &c.
    - Actiones ultro citroq; dantur
      - Vt
        - Directa, quæ datur domino rei gestæ in eum, qui geßit ad reddendã rationem rei gestæ.
        - Contraria, quæ datur gestori aduersus dominum ad consequendum quod utiliter impendit.
      - Quæ sunt
        - Ciuiles, uel ut alij uolunt, prætoriæ.
        - Perpetuæ.
        - Personales.
        - Bonæ fidei.
        - Transitoriæ ad hæredes.




Eadem & in Curatoribus dicenda sunt L. de creationib. C. De Episco. audiend.

De communi diuidundo & Familiæ erciſcundæ.




De Legatis.



In legatorũ obligatiõe consideratur.

- Causa efficiens,
  - Testator.
  - Hereditatis aditio, nam adeundo quasi contrahitur, L. iij. in fi. Quib. ex causis in pos. eatur.
- Formalis, ipse tacitus consensus de obligando.
- Materialis, ipsum legatum.
- Effectus, nam
  - Hæres obligatus est legatario de re legata.
  - Legatarius tacitam habet hypothecam pro legato in rebus à defuncto relictis L. I. C. communia de legatis.
  - Actio legatario ex testamento datur ad consequendum legatum, quæ actio est
    - Ciuilis.
    - Perpetua.
    - Personalis.
    - Quasi bonæ fidei, L. iij. C. In quibus caus. in integrum restitutio. non est.
    - Transitoria ad heredes.

De indebito Soluto.




De Indebito soluto dicendum ut supra Tit. XV. eius autem fit mentio

- Illic propter ipsam substantiam obligationis, quæ ex ipsius rei interuentu & traditione consistit.
- Hic propter causam obligationis, oritur enim non ex uero aliquo contractu, sed quasi ex contractu, multum autem causa rei ab eius substantia differt.

Acquiri-

Tit. XXIX. Per quas personas nobis obligatio acquiritur.



Omnis

Tit. XXX. Quib. modis tollitur obligatio.



Omnis obligatio tollitur, aut

Naturaliter, idq; uel

Ex ipsa re debita, ut solutiõe,

Siue soluatur

Id quod debetur

In totum.

In partem.

Aliud pro alio, creditore consentiente.

Siuè soluat

Ipse debitor

Alius eius nomine, eo uel

Sciente.

Ignorante.

Inuito.

Fideiussor debitoris

Ex ipso contractu, ut contraria uoluntate in ijs contractib. qui consensu contrahuntur.

Ciuiliter, idq; uel

In totum perimẽdo, ut acceptilatiõe, quæ

Est imaginaria solutio.

Fit

Per mutuam ac congruentẽ interrogationem et responsionẽ.

Quacunq; lingua.

Vel

Pro parte.

In solidum.

Non recipit diem uel conditionem.

Non nisi de re debita fieri potest.

Eas tantum dissoluit obligationes, quæ uerbis consistunt siue

A principio.

Ex post facto, per aquilianam scilicet stipulationem.

Transferẽdo de una scilicet obligatiõe uel persona in aliam, uel

Ex persona rei, ut

Nouatione, quæ

Dicitur à nouo & à noua obligatione.

Est uel

Voluntaria.

Necessaria, ut quæ iudicio fit.

fit

Vel

In eadem persona, si in posteriore stipulatione noui quid fiat, uel quo ad

Rem.

Conditionem.

Diem.

Fideiussorem &c.

Nouæ personæ interuẽtu, quæ principaliter uel ciuiliter uel naturaliter obligetur.

Tunc demum cum expresse actum est, ut fiat nouatio.

Vim & effectũ habet, quod per eam

Prior obligatio perimatur & transferatur in posteriorem.

Liberentur

Pignora.

Fideiussores.

Desinãt currere usuræ prioris obligationis.

Purgetur mora precedẽs L. quoties L. nouatione. L. aliam ff. eod.

Ex promissione alterius.

Ex persona creditoris, ut

Delegatione.

Nominis uenditione.

Cessione &c.

Quib. adijci possunt &

Rei interitus.

Confusio.

Pactum de non petendo.

Redditio chirographi &c.

Tit. I. De obligationibus, quæ ex delicto nascuntur.

Obligationes ex priuato delicto ex ipsa re, id est, maleficio nascuntur, quæ maleficia fiunt, uel in
- *Rebus alienis, idq; uel*
  - *Auferendo*
    - *Clam, ut Furto.*
    - *Palam, ut Rapina.*
  - *Damnum dando, ut Damni iniuriæ ex L. aquilia.*
- *Aliena persona, ut Iniuria.*

In furto considerantur infrà scripta.

I *Definitio, nam est*
- *Contrectatio rei*
- *Fraudulosa, furti faciẽdi gratia,*
- *Vel ipsius rei uel etiam usus eius possessionisue,*
- *Quod iure naturali probibitum est admittere:*

quæ uerba notãt
- *Genus.*
- *Differentiam & proprium.*
- *Causam materialem, non enim furti est actio, si nullum corpus interuenerit, L. si is qui ff. eod.*
- *Causam efficientem probibitionis.*

II *Actimologia, dictum est enim uel à*
- *Furuo.*
- *Fraude.*
- *Ferendo.*
- *Græco sermone &c.*

III *Forma et proprium, quæ consistunt in*
- *Affectu furandi.*
- *Clandestina ac fraudulenta ablatione & contrectatione.*
- *Eo, quod quis se inuito domino facere existimet.*
- *Eo, quod res sit alicuius, uel ab aliquo possideatur.*

IIII *Diuisio, nã*
- *Olim ex uarietate qualitatũ furor coherentium, agi poterat uel furti*
  - *Concepti.*
  - *Oblati.*
  - *Probibiti.*
  - *Non exbibiti.*
- *Hodie diuiditur in*
  - *Manifestum, cum scilicet fur conspicitur uel deprebenditur in*
    - *Ipso furto*
    - *Loco furti*
    - *Itinere antequam ad locum destinatum perueniat*
    - *Siue*
      - *A domino ipso.*
      - *Ab alio quocunque.*
  - *Non manifestum.*

V. *Pœna*
- *Manifesti quadrupli*
- *Non manifesti dupli*
  - *cuius æstimatio redigitur ad*
    - *Ipsum corpus subreptum, si iure dominij agatur.*
    - *Solam utilitatem, si non iure dominij sed ob id quod intersit agatur, L. si uendidero ff. co.*

VI. *Modus, quo committitur aut*
- *Principaliter, ut*
  - *Amouendo rem intercipiendi causa.*
  - *Vendendo rem alienam, supra De Vsucapio.*
  - *Recipiendo fraudulenter uel indebitum uel quod alij debetur &c.*
  - *Vtẽdo re aliena mutuo domino siue data sit*
    - *Ad nullum usum ut in*
      - *Pignore.*
      - *Deposito.*
    - *Ad certum usum, & alio modo utatur, ut in commodato.*
- *Accessorie, idq; uel*
  - *Ope & consilio*
  - *Ope tantum*
    - *& furti tenentur.*
  - *Consilio tantum, & furti & non tenetur.*
  - *Occasione sine dolo malo data, & in factum actione tenetur.*
  - *Celando uel recipiendo rem furtiuam.*

VII. *Res, nam fit rerum mobilium non immobilium, idque uel*
- *Hominũ, ut*
  - *Seruorum.*
  - *Liberorum in potestate, quo casu ad extraordinariam pœnã agitur.*
- *Cæterarũ rerum, uel*
  - *Alienarum quo casu & speciales sunt actiões de*
    - *Tigno alieno ædibus iuncto.*
    - *Arboribus furtim cæsis.*
  - *Nostrarum, ut si subripiat*
    - *Debitor pignus à creditore*
    - *Proprietarius rem fructuariã*
      - *quib. casibus furtũ quidem fit, non autem res furtiua efficitur.*
    - *Dominus rem suam à bonæ fidei emptore &c.*


VIII. *Personæ, nã fit uel*
- *A singulis uel*
  - *Liberis hominib. siue*
    - *Puberibus.*
    - *Impuberibus, si doli sint capaces.*
  - *Seruis uel liberis in potestate; qui si furentur*
    - *Extraneis furti tenentur.*
    - *Dominis uel parentib. non tenentur, licet res furti uicio afficiatur.*
  - *Seruis hæreditarijs testamento manumißis, ff. Si is qui testa. liber.*
  - *Nautis cauponi: Stabularijs, ff. furti aduerſ. nau.*
- *A pluribus, ut si familia furtum fecerit, ff. si familia fur. fe. quo casu liberatur dominus, si tantum offerat, quantum si unus liber furtum fecißet præstaret.*


IX. Effectus, na furto facto
Vitio afficitur res furtiua, quod uitium
Efficit ne res illa à quo quàm usucapi poßit.
Purgatur si res reuertatur in potestatem
Ipsius domini scientis.
Filij uel Serui si res peculiaris fuit subrepta.
Actiones cōpetūt, uel
Ad pœnam, ut furti, quæ
Datur
Vel
Non domino cuius interest rem non esse subreptam, uel
Ob securitatem, ut in pignore subrepto.
Quod eius rei nomine teneatur, si modo domini uoluntate nō sua tantū rem illam apud se habuit, L. is cuius interest, ff. eod.
Quasi domino, ut bonæ fidei possessori.
Vero domino, siue fuerit furto ablata
Ipsi domino.
Alij nomine eius tenenti.
Heredi non in heredem.
In ipsum furē tantū cumue cuius ope consilioúe furtum factum est.
Siue res furtiua
Esset Extincta sit.
Recepta sit à domino necne
Meram continet pœnam.
Est
Furti nec manifesti, Ciuilis.
Furti manifesti. Pretoria.
Perpetua utraq;.
Famosa
Seruorum nomine noxalis.
Ad rem, quæ soli domino dantur,
Vt
Rei uindicatio aduersus quemlibet possessorem.
Condictio furtiua aduersus ipsum furem heredemue eius, licet
Non poßideant.
Res extincta sit
Pœna furti soluta sit.
Et sunt
Ciuiles.
Perpetuæ.
Transitoriæ ad heredes.
Rei persecutoriæ.
Non famosæ.

Alienæ res

- *Alienæ res ui uel*
  - *Rapiuntur, rapina autem*
    - *Fit*
      - *Rerum mobilium, siue sint*
        - *Quo ad eum, qui raptum passus est*
          - *In bonis.*
          - *Ex bonis.*
        - *Quo ad eum qui rapuit*
          - *Alienæ.*
          - *Propriæ.*
      - *Quo ad qualitatem, uel*
        - *Dolo malo, & proprie habet locum Vi bonorum raptorum actio.*
        - *Errore, quo casu si rapitur*
          - *Alienum, cum restitutione rei & æstimatio eius præstanda est.*
          - *Proprium, dominium eius amittitur.*
      - *Quo ad locum & tempus, uel*
        - *Quocunq; loco & tempore.*
        - *In turba.*
        - *Ex incendio, ruina, naufragio etc. & ex proprio edicto agitur*
          - *Intra annum in quadruplum.*
          - *Post annum in simplum, ff. De incendio, ruina, nauf.*
      - *Quo ad modum, uel*
        - *A solo.*
        - *Coactis hominib.*
    - *Effectum habet, quod*
      - *Res ui rapta uicio afficiatur, quod uicium*
        - *Efficit, ne res illa à quoquam usucapi possit.*
        - *Purgatur si in potestatem reuertatur, uel*
          - *Domini.*
          - *Eius cui ui ablata est, L. certe §. penult. De precario.*
      - *Actionem pariat*
        - *In genere, Furti manifesti.*
        - *In specie in bonorum raptorum, quæ*
          - *A prætore est introducta.*
          - *Datur*
            - *intra annum in quadruplum, quod quadruplum*
              - *Debetur si ue raptor in delicto*
                - *Deprehensus fuerit*
                - *Non fuerit deprehensus*
              - *Aestimatur secundum uerum rei precium non ex eo quod interest.*
            - *Vltra annum in simplum eius quod raptum est.*
          - *Mixta est, nam in pœna & rei habet persecutionem.*
          - *Competit*
            - *Omnibus quibus & furti est actio.*
            - *In eos, qui dolo malo ui rapuerunt &*
              - *Quo ad rei persecutionem, etiam in hæredes.*
              - *Quod ad pœnam, non in hæredes.*
          - *Est*
            - *Famosa.*
            - *Seruorum nomine noxalis.*
  - *Damnum accipiunt idq; uel*
    - *Priuatim et locum habet, L. aquilia*
    - *In turba & ex proprio edicto agitur*
      - *Intra annum dupli,*
      - *Post annum simpli. L. 4. ff. eod.*
  - *Inuaduntur, ut res soli & immobiles, quo casu si res fuerit*
    - *Aliena, post restitutionem eius & æstimatio præstanda.*
    - *Propria ipsius inuasoris, dominium eius amittitur.*

Tit. III. De Lege Aquilia




- Lex Aquilia de damno iniuria dato
  - A Gallo Aquilio introducta est.
  - Tria habet capita quorum
    - Primum caput
      - Loquitur de
        - Homine alieno occiso, quo casu agi potest, uel
          - Pecuniariter, etiam in omne id quod extrinsecus interest.
          - Criminaliter ex L. Cornelia.
        - Quadrupede aliena, quae pecudum numero sit occisa.
      - Poenam habet, quanti ea res retro in eo anno plurimi fuerit.
    - Secundum caput non est in usu.
    - Caput tertiū
      - Loquitur de
        - Homine alieno uulnerato.
        - Quadrupede aliena, quae pecudum numero sit uulnerata.
        - Animalib. quae pecudum numero nō sint uel, Vulneratis. Occisis.
        - Rebus omnib. quae anima carent, Vstis. Fractis. Ruptis.
      - Poenam habet, quanti in diebus XXX. proximis res plurimi fuerit.
  - Locum habet, si factum quid sit
    - Dolo
    - Culpa etiam leuissima, quae continet & Imperitiam. Infirmitatem.
    - Iniuria non Iure licito. Necessitate cogente.
  - Actiones producit
    - Legis Aquiliae
      - Directam, quae competit cum corpore meo damnum in corpus uel rem alienam datur.
      - Vtilem, quae locum habet cum corpori uel rei datum damnum corpore meo propinque non infligitur, sed per occasionem.
    - In factum, cum nec corpore meo noceo, nec corpori nocitum est, sed aliàs alicui à me damnum contingit.
    - Quae
      - Dantur
        - Directe domino tantum.
        - Vtiliter Vsufructuario. Vsuario. Libero homini &c.
        - Ad poenae, damni, impensarum, eiusq; quod interest, persecutionem.
        - Heredibus, non in heredes.
      - Sunt
        - Personales.
        - Mixtae tam rei quàm poenae.
        - Annales.
        - Seruorum nomine noxales.
      - Inficiatione in duplum crescunt.

In iniuria considerantur infrascripta.

I *Appellatio, nam dicitur* { *Generaliter omne quod non iure fit.* / *Specialiter uel* { *Contumelia, ut in hoc Tit.* / *Culpa, ut in L. aquilia.* / *Iniquitas, & iniustitia cum contra leges quid iudicatur.* } }

II *Forma, quæ in eo consistit quod animo & affectu iniuriæ faciendæ quid fiat.*

III *Personæ nam* { *Facere possunt omnes illi, qui doli sunt capaces, & affectum iniuriæ faciendæ habere possunt, siue sint* { *Priuati.* / *In dignitate uel magistratu constituti.* } / *Pati possũt omnes cuiuscunq; sint* { *Aetatis.* / *Sexus.* / *Conditionis.* / *Status &c.* } }



V. Qualita-

- V. Qualitates nam est uel
  - Atrox, quæ
    - Consideratur ex
      - Facto uel re, ut si quis uulneratus uel fustibus cæsus sit.
      - Loco uel tempore, ut si iniuria sit facta uel in
        - Theatro.
        - Foro.
        - Conspectu Prætoris
        - &c.
      - Persona, ut si facta sit
        - Vel
          - Magistratui
          - Senatori.
          - Patrono.
          - Parenti &c.
        - A seruo uel alias uili homine.
      - Vulneris
        - Magnitudine
        - Loco
    - Aeque æstimatur siue facta sit
      - Filiofamilias.
      - Patrifamilias.
  - Non atrox.
- VI. Quibus Legibus uindicetur, nam punitur uel
  - Lege XII. tab.
  - Lege Cornelia, idq; si
    - Ipse quis fuit
      - Percussus.
      - Vulneratus.
    - Domus alicuius ui fuit introita.
  - Edicto prætoris.
- VII. Pœna, quæ est uel
  - Ciuilis & ordinaria, &
    - Olim L. XII. tab. erat
      - Ob membrum ruptum talio.
      - Ob os fractum pecuniaria certa & exigua.
    - Hodie est honoraria ex edicto prætoris, quo libera potestas datur iniuriæ æstimandæ secundum gradus personarum uel
      - Liberorum.
      - Seruorum.
  - Criminalis, cum scilicet extraordinariè uel ad corporis coercitionem uel aliam pœnam agitur, quo casu procurator interuenire non potest, nisi personæ quæ agant uel conueniantur sint illustres.
- VIII. Actio scilicet Iniuriarum, quæ
  - Specialiter continere debet, quid iniuriæ causa factum sit.
  - Est
    - Annalis
    - Famosa.
    - Seruorum nomine noxalis.
  - Ad solam uindictam competit.
  - Neq; hæredi neq; in hæredem datur nisi lite contestata.
- IX. Quomodo tollatur, quod fit
  - Pacto
    - Expresso, ut si remissa sit uel
      - Gratis.
      - Precio.
    - Tacito, ut dissimulatione.
  - Iureiurando.
  - Morte &c.

Si Iudex

I. *Si Iudex litem suã fecerit, ut si male & contra leges iudi cauerit, quod si fueris factum*

- *Dolo ut uel*
  - *Gratia*
  - *Inimicitia,*
  - *Sordibus*
    - *Ex maleficio tenetur.*
    - *Veram litis æstimationem præstare cogetur.*
    - *Infamia notabitur.*
- *Imperitia*
  - *Quasi ex delicto tenebitur.*
  - *Pro arbitrio, & æstimatione iudicis condemnabitur.*
  - *In factum actione tenetur, quæ*
    - *Ex parte actoris est rei persecutoria.*
    - *Ex parte iudicis pœnalis.*
    - *Hæredi datur non in hæredem.*
    - *Perpetua est.*
- *A filiofamilias, ipse non pater tenetur.*

II. *Si quid in eo loco, quo uulgò iter est, uel in quo cõsistitur, deiectum & effusum fuerit, quo nomine*

- *Tenetur dominus uel habitator ædium ob factum suum suorumue, siue*
  - *Liberorum.*
  - *Seruorum.*
  - *Hospitũ uel aliorum, qui & ipsi à domino qui domum præstitit, in factum actione cõueniri possunt.*
- *Pœna competit*
  - *Damni dati in duplum*
  - *Liberi hominis*
    - *Occisi, quinquaginta aureorum.*
    - *Vulnerati, in quantum iudici æquum uidebitur.*
- *Actio in factũ datur, quæ*
  - *Ex bono & æquo oritur.*
  - *Damni nomine*
    - *Perpetua est, quia rei persecutoria.*
    - *Hæredi competit.*
    - *In hæredem non datur.*
  - *Nomine liberi hominis*
    - *Occisi,*
      - *Est*
        - *Annalis.*
        - *Popularis.*
      - *Nec hæredi, nec in hæredem datur.*
    - *Vulnerati,*
      - *Ipsi perpetua est.*
      - *Alij annalis.*
      - *Nec hæredi nec in hæredem datur, quia pœnalis.*
  - *Si plures sunt, qui quasi deliquerunt in quemuis insolidum datur.*
  - *Seruorum nomine noxalis est.*


III. Si quid supra cũ locum, quo uulgo iter fit, uel in quo consistitur, periculose positũ uel suspensum fuerit, quo nomine

- Tenetur dominus uel inquilinus, siue
  - Nocuit.
  - Non nocuit.
  - Ipse posuit.
  - Ab alio suspensum patitur.
- Pœna competit X. aureorum.
- Actio in factum datur, quæ
  - Est
    - Popularis.
    - Pœnalis.
    - Seruorum nomine noxalis.
  - Hæredi tanquàm cuiuis ex populo datur, non in hæredem, nisi & ipse suspensum habeat.

IIII. Si damnum uel furtum in naui, caupona uel Stabulo factũ fuerit, quo nomine


- Tenetur exercitor
  - Ex delicto, si ipse quid fecerit.
  - Ex quasi delicto, si dolo uel fraude eorum quid factum sit, quorum opera in exercendo utitur qui si fuerint
    - Liberi, in solidum.
    - Serui
      - Proprij noxaliter.
      - Alieni in solidum.
- Actio in factum competit, quæ
  - In duplum datur.
  - Mixta est.
  - Perpetua est, quo ad rei persecutionem.
  - Hæredi datur non in hæredem.

Actio est,



Refertur autem obligatio suprà de Rebus corpora. & incorpo: inter res, non autem actio, forte quod obligatio priuatim & nostro arbitrio contrahatur, & non secus atq; dominium rerum per nosmet, & eos qui in nostra potestate sunt, nobis acquiratur, cum actiones quamuis ob facultatem, causam, & effectum in bonis nostris esse iudicentur, L. id apud se De uerbo. signif. tamen non ex nostro, sed ex iuri dicentis quasi arbitrio pendeant, cum & certæ solennesq; olim essent, ordinarieq; & impetrarentur à Prætore & darentur, L. ij. §. deinde ex his De orig. iuris. C. De formul. & impetra. actio. sub. uel etiam denegarentur L. VI. § non simpliciter, Si quis omissa caus. testa. L. sed & si, §. per magistratum. Ex quib. caus. maio. L ueluti L. si ita Stipulatus fuero te sisti, §. fi. De uerb. obliga. quare potius & ad iurisdictionem quàm ad priuatam omnino causam spectare uidentur; quamuis enim ex priuatis obligationibus oriantur, L. licet § ea obligatio De procurato. tamen quo ad effectum, & publicam quandam & ciuilē formam atq; autoritatem, requirunt. Hinc & actionis respectu iudicio quasi contrahi, ac quasi nouatio quædam fieri censetur, L. iij. §. idem scribit De peculio, L. aliam causam De Nouatio. cum tamen obligatio ipsa in suo statu duret, L. eo tempore §. postquàm De peculio L. procurator ad exhibendum. Rem ratam habe. Accedit eo quod id quod ex obligatione debetur priuatim exigi, actio autem non nisi iudicio exerceri possit ut in definitione. Item quod & seruus obligationis capax sit, non autem actionis &c.

Actiones Diuisionis.



Personales

Personales actiões

Propriã habẽt notam, quod

Personæ semper & perpetuo inhæreant, eius qui
- *Obligatus est.*
- *Obligatum quem habet.*

Competant ex præcedenti aliquo
- *Contractu uel quasi.*
- *Maleficio uel quasi.*

Intentio in id concipiatur quod reus obligatus sit uel ad aliquid
- *Dandum.*
- *Faciendum.*

Rem non comitentur, nisi in rem scriptæ sint.

Nihil referat reus possideat rem debitam nec ne.

Iudicandum sit à reo aliquid uel
- *Dari.*
- *Fieri.*

Sunt partim
- *Ciuiles, Prætoriæ.*
- *Bonæ fidei, Stricti iuris.*

Mixtæ actiones tam in rem quàm in personã

Sunt
- *Communi diuidundo.*
- *Familiæ erciscundæ.*
- *Finium regundorum.*
- *Hæreditatis petitio.*

Censentur

In rem, respectu
- *Iuris sui uel dominij, & partis pro indiuiso communis.*
- *Eius quod ab aduersario finium nomine inique occupatum est.*

In personam, nomine
- *Adiudicationum, quæ hinc inde partium indiuisarum nomine faciendæ sunt, qua de causa & mutua traditione opus est.*
- *Doli admissi.*
- *Sumptum factorum.*
- *Fructuum perceptorum.*
- *Aestimationis factæ.*
- *Doli in turbatione finium commissi &c.*

Secunda diuisio.

II Diuidunt actiones, ab Efficientib. in

- Ciuiles, & sunt quæ ex certis partib. iuris ciuilis descendunt, ut ex
  - Legibus.
  - Senatusconsultis.
  - Constitutionibus.
- Prætorias, & sunt quæ ex prætoris iurisdictiõe ortum habent, et fere contra exactam rationem iuris ciuilis ex æquitate introductæ sunt, et sunt partim
  - Reales, idq; uel ad
    - Vindicandum, quod mero iure ciuili nondum usucaptum est, ut Publiciana.
    - Rescindendum, quod mero iure usucaptũ est, ut Rescissoria.
    - Reuocandum, quod reuera licet in fraudem uel creditorum uel patronorum alienatum est, ut
      - Pauliana.
      - Fauiana.
      - Caluisiana.
    - Persequendum, quod non suum nec traditum, sed tantum uel expresse uel tacite obligatũ est, ut
      - Seruiana.
      - Quasi seruiana.
    - Præiudicium aliarum actionum, quæ in iudicium deductæ sunt, & aliàs mero iure consisterent, ut an aliquis sit
      - Liber nec ne.
      - Libertus nec ne.
      - Ex liberis nec ne.
  - Personales, uel
    - Rei persecutoriæ, idque uel ex
      - Nudo pacto tantum, ut De constituta pecunia.
      - Contractu eorum qui in nostra potestate sunt, quorum nomine ipso iure non tenemur, ut De peculio.
      - Simplici iureiurando, licet reuera nihil debeatur, idq; propter iurisiurandi religionem.
    - Pœnales, ut in eum qui
      - Ex albo prætoris quid corrupit.
      - Patrem uel patronum sine uenia in ius uocauit.
      - In ius uocatum ui exemit, uel ab alio eximi curauit &c.

Quod ad præiudiciales actiones earumq; propriam appellationem attinet, non arbitror de illis directo & principaliter exercendis hic agi, licet & tum generaliter præiudicia dicantur, L. iij. §. 1. De liber: agnos. L. fi. Si liber. inge. esse di. cum id fere uel interdictis uel ex Senatusconsult. uel cognitione prætoria, uel aliàs actione etiam ciuili fieret, L. ij. §. quædam De interd. L. 1. De rei uindica. Toto. Tit. De Liber. causa. Sed cum in modum exceptionis obijciuntur rubri. ff. De exceptio. præs. & præiudicijs. Quamuis enim omnes exceptiones ex æquitate procedant, L. qui ætate De doli mali & me. ex. & olim fere non secus atq; actiones ex iurisdictione prætoris penderent, L. fundi De exceptio. tamen amplius quiddam est hoc casu, non enim simplicis exceptionis loco sunt, sed & actionis instar obtinent, L. actionis ff. De actionib. quare & eorum nomine si obijciantur, à prætore solenne præiudicium reddi uel constitui dicitur, quod & ante principalem actionem in iudicium deductã necessario excuti & finiri debet, ac non solũ motæ actioni præiudicat, eamq; extinguit ut & ceteræ peremptoriæ, sed etiam ui ac potestate actionis in rem, illi pro quo uel contra quẽ iudicatum est, ius ueluti dominij & proprietatis uel tribuit uel abscindit, d. L. fi. Si libertus inge. L. ij. §. quædam De interd. L. iij. in prin. De liber. agnos. §. præiudiciales hoc Tit. quo nomine & ab ijs exceptionibus differunt, quæ in hoc ne præiudiciũ futuro aliquo iudicio fiat, obijciuntur, illæ enim actionis potestatem non habent, L. si post, L. fundum, L. fundi, L. rei maioris De exceptio. Quod autem Iustinianus scribit illud præiudicium, quo quæritur an quis liber sit nec ne, solum legitimam habere causam, forte ex eo est, quod ius dominij uel proprietatis efficacius seruo & libertate locum habeat, cum seruus iure proprietatis uere noster sit, & ordinario iudicio peti possit, & libertatem ipsam nõ secus atq; rem aliquam nostram passim uindicare dicamur, cum summa hominum diuisio in eo consistat, quòd alij liberi, alij serui sint, quod in ceteris non ita procedit, in ijs enim nulla res uere uindicatur, sed de iure tantum nostro conseruando agitur, uel patriæ potestatis, patronatus, ingenuitatis, ut enim illa locum habeant nec ne, utiq; tamen quis liber est, quare & olim non ordinarijs iudicijs, sed fere cognitione prætoria expediebantur. Quibus simile est & illud præiudicium, quo quis intendit bona sua non iure uendita, L. imperatores De priuile. credi. & ibi enim similiter de iure conseruando agitur, siue enim ipse petat bona sua, siue ab eo petantur, iure impetrare potest reddi præiudicium, quo quæratur iure uendita bona sint nec ne, quam tamen rem omnem cum uel doctissimorũ testimonio perquàm obscura sit, eruditorũ iudicio relinquo.

Actio-

Tertia actionum diuisio.

III Actiones diuiduntur à Causa Finali ceu Qualitate rei petendæ, nã quædam sunt
- Rei persecutoriæ.
- Pœnæ persecutoriæ.
- Mixtæ.

Quarta diuisio.

IIII Diuiduntur actiones à Quantitate petitionis, nam quædam dantur uel in
- Simplum.
- Duplum.
- Triplum.
- Quadruplum.

Quinta diuisio.

V Actiones diuiduntur à Natura & Qualitate ipsarum actionum, quædam enim sunt
- Bonæ fidei.
- Stricti Iuris.
- Arbitrariæ.

Actionum

Actionum bonæ fidei notæ, intrinsecæ et eßentiales sunt, quod partim uel

1 Vltro citroq; dentur, mutuamq; habeant obligationem, uel
- Aeque principalē, ut in
  - Empto, Vendito.
  - Locato, Conducto.
  - Pro socio &c.
- Contrariam, ut in
  - Negocijs gestis.
  - Mandato.
  - Tutela.
  - Pignoraticia.
  - Deposito &c. suprà De obligatio. consens.

2 Contractus uel quasi interuenerit, ad cuius substantiam uel uerbis uel literis non fuit opus, ad excludendum
- Stipulationem.
- Literarum obligationem.
- Fideiußionem respectu scilicet creditoris.

In quibus extrinsecus bonæ fidei consideratio incidere non potest, sed tantū id, quod specialiter expreßum & conuentum est, spectatur, substantia enim eorum in eo consistit ut sibi quis per ea disertè caueat, L.1. De prætor. stipula. suprà de Fideiußo. in prin. sibi ergo imputet qui in eo fuit negligentior, L. quicquid astringendæ, De uerbo. oblig.

3 De Fiducia agatur, & alter alterius fidē uel elegerit, uel secutus sit, idq; uel
- Expresse uel quasi, ut fere in omnibus.
- Tacite, ut si quis inciderit in eā, uel
  - Lege, ut in Tutela, Cura.
  - Priuati, ut in
    - Communi diuidundo.
    - Familiæ ercíscundæ propter confusionem scilicet partium, & societatis imaginem.

Hanc igitur fidē et bonā & integrā esse oportet, atq; inde proprie bonæ fidei iudicia dicta uidētur.

4 Agatur de
- Alieno negocio, quod quis suscepit uel
  - Spōte, idq; uel altero
    - Ignorante, ut in Negocijs gestis.
    - Sciente & uolente, ut in Mandato.
  - Necessario, ut in Tutela.
- Aliena re, quam quis uel
  - Ex contractu tenetur
    - Tradere, ut in
      - Empto, Vēdito.
      - Permutatione.
    - Restituere, ut i
      - Depôsito.
      - Commodato.
      - Pignoraticia.
      - Dote &c.
  - Suscepit, ut fere in omnibus
  - Alias apud se bona fide habet, ut in
    - Communi diuidundo.
    - Familiæ ercíscundæ.
    - Hæreditatis petitiōe, in alienis enim negocijs uel rebus proprie bona fides spectatur, L. si cōstante §. si maritus, Soluto. ma.

Est autem hæreditatis petitio bonæ fidei. forte ob tituli, quem poßeßor prætendit, infirmitatem, cum fere ex opinione, ac facto etiam alieno pendeat, quamuis enim pro hærede poßidens putet se hæredem esse, tamen interim & existimare debet fieri posse, ut hæreditas à se petatur, atq; ideo bona fide in ea re uersari debet, quare & fructus à principio augent hæreditatē, quod secus est, si quis certo & uero aliquo titulo subnixus eßet, tunc enim suo & proprio iure poßideret et fructus tantum, ut in stricto iudicio rei uendicationis, à tempore litis contestatæ uenirent, L. ij. C. De petitio. hæred. Hinc & multæ præstationes ultro citroq; in eam ueniūt, quemadmodum & doli exceptiones ei tacite in sunt, L. plane, L. fi. ff. De petit. hære.

5 Dominium præcise non uindicetur, ad excludendum actiones mere reales, in illis enim nulla fiducia uertitur, sed tantum hinc inde de dominio uel quasi disceptatur.

6 De restituenda uel tradenda specie, non de genere dando agatur, ad excludēdum Mutuum, cuius ratio ex superioribus colligi potest, nec enim de aliena re agitur, cum facta sit res illius qui mutuo accepit, sup. Quib. mod. re con. ob. nec doli uel culpæ potest incidere consideratio, cum ne quidem ullo casu fortuito reus liberetur, L. incendium C. Si cert. & bona fides illius contractus tantum in eo consistit, ut id quod mutuo datum est, quod in genere suo omnino certum est, quandoq; soluatur, quod nisi fiat, in potestate est creditoris quando uelit experiri, ut usurarum fiat computatio, L. qui in alterius de regu. Iuris.

7 Iudicia ipsa certos non habeant limites, sed sint uel
- Vniuersalia, ut hæreditatis petitio
- Generalia, ut
  - Pro socio.
  - Tutelæ.
  - Negocia gesta.

Actio

Si dolus dederit causam contractui, sit ipso iure nullus, nimirum si deceptus noluerit, L. iij. in fi. Pro Socio.

Fructus & Vsuræ à tempore moræ præstentur, & ex solo pacto debeantur, L. Lucius cum similib. Depositi.

Semper in ijs ob perfidiam scilicet, in litem iuretur, L. ei apud Depositi, affectusq; habeatur ratio, L. cum seruus Mandati.

Non tam spectetur in ijs quod expressum, quàm quod actum est, L. sed Celsus §. 1. De contra. empt. multaq; adeo ueniant, de quib. nihil est uel expressum uel cogitatum, L. 1. §. fi. De pericu. & cõ. rei uend. Idq; si uel moris & consuetudinis sint, L. quod si nolit, §. quia aßidua De edilit. edict. uel bonæ fidei congruãt, L. Titius hæres, De actio. empti. æqua & bona sint §. conductor sup. De locatiõ. & cõ. Verisimileq; sit ita tacite conueniße, L. ij. §. si uenditor De hæred. uel actio. uend. Quare in eis semper quoq; ad arbitrium boni uiri recurritur, L. si societatem, L. in proposita Pro Socio.

Actionũ bonæ fidei notæ, extrinsecæ & accidentales sunt, quòd

Exceptiones doli ijs semper inesse cẽseantur, L. sed & si ideo Solu. ma. L. huiusmodi, §. qui seruum, De Legat. I. Omnisq; dolus qui incidit per actionem ex contractu purgari poßit, ita ut actione de dolo opus non sit, L. Iulianus §. si uenditor, De actio. empti, L. eleganter §. 1. De dolo. Vnde & olim contractus de mala fide dicti sunt (ut est apud Cicero.) quod scilicet mala fides in ijs uindicaretur, semper enim in eis dolus abeße debet, L. tenetur §. fi. De actio. emp. nam bonæ fidei & fiduciæ nihil magis contrariũ est, quàm fraus atq; dolus, L. iij. §. fi. Pro Socio.

Olim formulæ iudicij, ut ex bona fide iudicaretur addebatur, potißime enim in ijs iudicijs quærendum & spectandum est, quid bonæ fidei conueniat, quidq; æquum & bonum sit, L. si uero non remunerandi §. si mihi mandaueris in fi. Mandati. Cum nec ullas præstationes quæ contra bonos mores, uel alterutri parti captiosæ sunt recipiant, L. generaliter De Vsuris, L. si id quòd in fi. De rescind. uend.


Iudex ex officio suo æstimare poßit quantum actori restitui æquum sit, mutuoq; uel condemnare, L. cum Papinianus C. De sentent. & interlo. om. iud. uel compensationem admittere, §. in bonæ fidei hoc Tit. idq; uel nulla in iudicium addita exceptione, L. plane De petit. hæred. non enim formula uel petitionis uel constituti iudicij adstringitur, quæ officij libertas alibi æquitas iudicis, alibi facultas iudicis, quandoq; & arbitrium dicitur, L. si procuratorem, §. si ignorantes Mandati, L. uerbum oportere, De uerbo. sig.

Actor in ijs extra periculum plus petitiõis sit, nam iudex ex officio plus uel minus quàm petitum est, iudicare potest d. L. uerbum oportere, nec enim quantitati contractus seruire tenetur, L. ij. §. nunc de officio, De eoquod certo lo.


Aestimationis, cautionis, deteriorationis, pactorum, moræ, aliarumq; rerum nomine specialia quædam in ijs obseruentur, quæ longum esset persequi.

- Actionũ Stricti iudicij notæ sunt
  - Intrinsecæ & essentiales, quod proprie dentur
    - Ex obligatione, uel
      - Literarum
      - Verborum
      - ad aliquid uel
        - Dandum.
        - Faciendum.
    - Ex maleficio uel quasi
    - Ad dominium suum uel quasi uindicandum.
    - Ex una parte tantum, nullamq; contineant mutuam obligationem uel fiduciam.
  - Extrinsecæ, quod in ijs omnia secus atq; in bonæ fidei iudicijs obseruentur, quæ ex suprascriptis colligi poßunt, præsertim quod ob strictam earum naturam iudex rei petitæ, quantitati contractus, conceptis uerbis Stiplationum uel cõuentionum, facto in iudicium deducto, formulæ constituti iudicij omnino seruire teneatur, nec in quoquam ex officio excedere poßit.
- Arbitrariarum actionũ propriæ notæ sunt
  - Intrinsecæ, quod conuentus mero & Stricto iure ciuili aliquam habeat defensionem, quare ui deri poßit eum non statim eße condemnandum, quod in singulis actionib. quæ à Iustiniano recensentur obseruare licet, ut recte omnino & eleganter explicat Hopper.
  - Extrinsecæ, quod
    - Iudex æstimandi habeat arbitrium, quemadmodum actori satisfieri oporteat.
    - Ante cõdemnationem iudex arbitrari ultro que admonere poßit reum, rem eße uel
      - Restituendam.
      - Dandam.
      - Exhibendam.
    - Ex contumacia tantum non obtemperantis, uera poßit sequi condemnatio, iuramentumq; in litem deferri.

VI.Diui-


VI. Diuiduntur actiones à quãtitate executionis, nam quibusdã actionibus consequimur
Solidum, ut in omnibus fere actionibus.
Non solidum, idq; uel ratione
Rei unde soluendum est ut in actione de peculio, nam pater uel dominus nomine serui uel filij cõuentus
Non in plus quam in peculio est condemnari potest.
Reliqui nomine cauere non tenetur, quamuis aucto peculio iterum conueniri possit.
Quod plus suo nomine soluit repetere potest, non enim suo nomine ab initio plus quam in peculio est debet.
Priuilegij personæ quæ conuenitur, ut quia in id tantum quod facere possit exigi debeat, quales sunt
Parens, si à liberis conueniantur
Patronus si à libertis.
Maritus in iudicio de dote
Socius, Donator
Debitor qui bonis cessit:
qui omnes
A principio solidum debent.
Cautionẽ de reliquo soluendo fere præstare tenentur.
Quod plus solutũ est repetere non possunt.
Retentionis, ut nomine sumptuum uel impensarum Compensationis.

§.Si quis agens.



Ex contractu

Tit. VII. Quod cum eo, qui in aliena potestate est negocium gestum esse dicetur.

- Ex contractu seruorum liberorumue dominus uel pater conueniri potest, uel
  - Directo et principaliter, ac quasi suo nomine, ut actione
    - Quod iussu, quae
      - Competit si domini, uel patris iussu cum seruo uel filio est contractum
      - Insolidum datur.
    - Exercitoria, quae
      - Locum habet, si seruus uel filius naui praepositus sit, eiusq; rei causa cum ijs fuerit contractum.
      - Dicta est ab exercitore, qui is est ad quem quotidianus nauis quaestus pertinet.
      - Insolidum competit.
    - Institoria, quae
      - Dicta est ab institore, qui is est qui alicui negociationi praeponitur.
      - Locum habet, si seruus uel liberorum quisquam negociationi alicui sit praepositus, eiusq; rei nomine cum illis fuerit contractum.
      - Insolidum intendi potest.
    - De in rem uerso, quae
      - Datur in dominũ uel patrem de eo, quod in rẽ corum ex cõtractu seruorũ filiorumue uersum est uel
        - Insolidum, si in totum uersum est
        - In partem si pro parte
      - Probationem requirit eius quod uersum est.
    - quae sunt
      - Pretoriae.
      - Perpetuae.
      - Stricti iuris.
      - Transitoriae ad haeredes.
  - Non principaliter et directo, sed nomine serui uel filij, ut
    - Tributoria, quae
      - Locum habet si pater uel dominus, seruum uel filium in peculiari merce negociari passus est.
      - Dicta est, quod praetor ipsi domino distributionem permittat.
      - Competit uel
        - A principio, ut pro rata distribuatur inter dominum & creditores, quod ex peculiari merce est.
        - Ex post facto, si quis creditorum quasi minus tributum sit queratur, ut ex integro tributio fiat.
      - Dominum eiusdem facit iuris cum caeteris creditoribus, ne scilicet totum quod sibi debetur, deducere possit.
      - Vltra illud quod ex peculiari merce est, et in quo negociatus est filius uel seruus, non extenditur.
      - Est
        - Pretoria.
        - Perpetua.
        - Stricti iuris.
        - Transitoria ad haeredes.
    - De peculio, quae
      - Totum peculium respicit.
      - Domino deductionem permittit eorum quae debentur uel
        - Ipsi
        - Illi qui in eius est
          - Potestate.
          - Cura.
          - Tutela &c.
      - Occupantis creditoris meliorẽ facit conditionem
      - Probationem peculij requirit,
      - Eatenus habet exactionem, quatenus in peculio est.
      - Ex contractib. tantum datur, non ex maleficijs.
      - Est
        - Pretoria.
        - Perpetua, quamdiu in potestate manet is cuius est peculiũ, illo uel emancipato, uel mortuo, uel manumisso, uel alienato, annalis esse incipit.
        - Stricti iuris.
        - Transitoria ad haeredes.

Tit. VIII. De Noxalibus actionibus.


- Filijfamilias uel serui delinquunt, uel in
  - Extraneos quo casu
    - Filiorum familias nomine
      - Olim & noxales in patrem dabantur actiones.
      - Hodie ipsi filijfamilias conueniri possunt, quibus condemnatis pater de peculio tenetur.
    - Seruorum nomine, in dominum noxales dantur actiones, quae
      - Dictae sunt à noxa, quae est ipsum corpus quod nocuit, id est, seruus.
      - Causam ac rationem habent, ne seruorum nequitia ultra eorum corpora dominis sit damnosa.
      - Introductae sunt uel
        - Legibus, ut
          - Furti XII. tabul.
          - Damni, iniuriae ex L. Aquilia.
        - Edicto pretoris, ut
          - Iniuriarum.
          - Vi bonorum raptorum.
      - Domino damnato potestatē tribuunt, uel
        - Litis aestimationem sufferre.
        - Ipsum seruum tātum qui nocuit noxae dedere
          - quo casu
            - Dominus liberatur.
            - Dominiū serui transfertur in actorē.
            - Ex pluribus dominis quilibet insolidum noxae dedere tenetur.
            - Noxae deditus si damnum quaesita pecunia resarcierit, auxilio pretoris liber fit.
          - Nisi domino iubente, uel non prohibente seruus deliquerit, tunc enim & suo nomine, & insolidum tenetur, siue seruus sit
            - Alienatus.
            - Manumissus.
            - Mortuus.
      - Semper caput sequuntur, siue
        - Alterius potestati subijciantur.
        - Manumittantur, quo casu ipsi directo tenentur.
        - Liberi delinquant, & in alicuius potestatem perueniant.
      - Dantur
        - Illi cui damnum datum est, eiusúe heredi.
        - In
          - Dominum.
          - Quasi dominum.
          - Vsufructuarium.
          - Creditorem.
          - Haeredem, non quasi haeredem, sed possessorem.
        - Perpetuo.
      - Extinguuntur si
        - Is cui damnum datum est, dominus serui factus sit.
        - Ante acceptum iudicium mortuus fuerit seruus.
  - Patrem uel dominum, & nulla competit actio siue
    - Maneant in potestate.
    - Manumittantur.
    - Alterius potestati subijciantur &c.

Anima-

Tit. IX. Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.

Animalium quadã
- *Naturalem & genitalem habent feritatẽ, ut ursi, leones &c. quæ si*
  - *Posita dominus alicubi habuerit, qua uulgo iter est &*
    - *Liberum hominem occiderint. cc. solidorum pœna est.*
    - *Libero homini nocuerint, in quantũ iudici bonum et æquũ uidebitur, condemnatio fiet.*
    - *In cæteris rebus damnum dederint agi potest uel*
      - *Aedilitia actionẽ in duplum.*
      - *De pauperie noxali.*
  - *A domino aufugerint, et ita nocuerit, quondã dominus eorum nomine conueniri non potest, nam fera eadẽs*
    - *Definit esse domini.*
    - *Fit illius qui uel cœpit uel occidit.*
- *Non habent naturalem uel genitalem feritatẽ, ut boues, equi &c. quæ si damnum alicui dederint*
  - *Propria cõmotione, dominus actione de pauperie conueniri potest, quæ,*
    - *Lege XII. tab. introducta est.*
    - *Dicta est à pauperie, quæ damnum dicitur, sine iniuria facientis datum.*
    - *Locum habet, siue quadrupes damnum dederit*
      - *Corpore suo.*
      - *Per aliam rem.*
    - *Facultatem noxæ dedendæ domino tribuit, quo casu*
      - *Dominus liberatur, nisi inficiatus fuerit animal esse suum, tũc enim insolidum tenetur.*
    - *Caput sequitur*
      - *Animal fit eius cui deditum est.*
      - *Ex plurib. dominis quilibet in solidum noxæ dedere cogitur.*
    - *Extinguitur si ante litem contestatam decesserit animal.*
    - *Datur*
      - *Illi*
        - *Cui damnum datum est eiusúe hæredi.*
        - *Cuius interest eo quod teneatur.*
      - *In eum cuius est quadrupes, eiusúe hæredem tãquàm possessorem.*
    - *Est*
      - *Ciuilis.*
      - *Perpetua.*
      - *Nomine*
        - *Quadrupedum directa.*
        - *Non quadrupedum utilis.*
  - *Alterius instigatu, concitatione uel culpa, is ipse, non dominus animalis tenetur.*

agimus



Satisdationum


Satisdatio num iudicialium
Vsus
Olim fuit, quod
Ab actoris parte, si quis experiebatur
Suo nomine, nulla satisdatione onerabatur, siue agebat
Personali.
Reali.
Alieno nomine, ut procuratorio, tutorio, curatorio &c. rem ratam dominum habiturum cauere tenebatur, siue agebat
Personali.
Reali.
Ex parte rei, si quis conueniebatur
Suo nomine, actione
Reali, cautionem iudicatum solui præstare cogebatur.
Personali, cautione illa non onerabatur.
Alieno nomine, & cautionem iudicatum solui præstare cogebatur, siue agebatur
Reali.
Personali.
Hodie est quod
Suo nomine conuentus siue personali siue reali,
Cautionem iudicatum solui præstare non cogitur.
Cauere tenetur, se iudicio à principio usq; ad finem Staturũ, idq; pro qualitate personæ uel
Iuratoria cautione.
Nuda promissione.
Satisdatione
Pignoraticia.
Fideiussoria.
Alieno nomine, uel personali uel reali actione
Agens, cauere tenetur rẽ ratam dominum uel quasi dominum, ut tutorẽ uel curatorem habiturum, nisi
Mandatũ actis fuerit insinuatum.
Procuratoris persona à præsente domino in iudicio fuerit confirmata.
Conuentus, si
Mandatum habet, ad cautionem iudicatum solui cogitur, qua tamen à domino leuari potest, si ab ipso talis cautio fuerit præstita, uel
In iudicio
Extra iudicium
quo casu dominus
Sub hypotheca rerum suarum cauere tenetur Heredẽ suũ obligatũ relinquit. Se quo quetẽ pore sententiæ iudicio adfuturum cauere cogitur.
Non habet mandatum, ipse cautionem Iudicatum solui præstare tenetur,
Quædam
Rei iudicandæ, ut Iudicio sisti.
Rei iudicatæ ut
Iudicatum solui, quæ tres habet clausulas
Rem ratam haberi.
Dolum abfuturum.
Reum defendi.
Præstari quod fuerit iudicatum.

Q Actionum

Tit. XII. De perpetuis & Temporalibus actionibus, & quæ ad hæredes & in heredes transeunt.



Exceptiones


Exceptiones

- *Dictæ sunt quasi quædam exclusiones, quæ interponi actioni cuiusque rei solent ad excludendum ea, quæ in intentionem condemnationemque deducta sunt.*
- *Originem habent partim ex*
  - Legibus, Constitutionib. Senatuscons.
  - Edicto Prætoris.
- *Causam habent*
  - Impulsiuam, ipsam æquitatem
  - Materialem, idipsum quod exceptionis est fundamentum, idque quia
    - Factum sit quod fieri oportuit, ut rei uenditæ & traditæ, rei iudicatæ.
    - Factū sit quod fieri non oportuit, ut Doli mali, Metus.
    - Non factum sit quod fieri oportuit, ut Bonorum possessionis non datæ &c.
  - Finalem, defensionem eius cum quo agitur
- *Locum habent, siue agatur in*
  - Rem.
  - Personam.
- *Diuiduntur*
  - Secundum ordinem ac gradum, nam quædam sunt
    - Exceptiones, quæ actionem excludunt.
    - Replicationes, quæ exceptionem excludunt.
    - Duplicationes, quæ replicationem.
    - Triplicationes, quæ duplicationem.
  - Secundum species, olim enim quædam dictæ
    - Exceptiones.
    - Præscriptiones.
    - Præiudicia.
  - Secundum uim & potestatem, idque uel
    - Ratione tēporis uel effectus, nam quædā sunt
      - Perpetuæ & peremptoriæ, quæ & perpetuo obstant, & litem perimūt, quales sunt
        - Doli mali.
        - Quod metus causa.
        - Pacti, conuenti perpetui.
        - Iurisiurandi.
        - Transactionis.
        - Iudicati.
        - Si quid onerandæ libertatis causa petatur.
        - Si quid contra leges factum dicatur.
        - Velleiani.
        - Macedoniani &c.
      - Tēporales et dilatoriæ, quæ ad tempus nocent, nec litem perimūt, sed tēporis dilatiōem tribuunt, idque uel
        - Ratione negocij, ut
          - Pacti, conuenti tēporalis.
          - Non numeratæ pecuniæ.
        - Ratiōe personarum
          - Iudicis.
          - Actoris.
          - Procuratoris uel quod
            - Non poßit esse procurator, ut infans, furiosus.
            - Nō potuit ab aduersario dari procurator, ut à pupillo etc.
            - In ea causa p procuratorē litigare non liceat.
            - Nullum intercesßit mandatum.
            - Forma constituendi irrita sit.
    - Ratiōe subiecti cui tribuuntur, quædam enim dātur
      - Rei uel causæ, ut fere peremptoriæ & dilatoriæ, & propterea dātur quoque
        - Fideiußoribus
        - Heredib.
      - Personæ, ut
        - Cesßionis
        - Ne quis in plus conueniatur quam facere poßit,
        - quæ non prosunt
          - Fideiussorib.
          - Heredibus.
- *Vim & effectum habent quod*
  - Durent perpetuo, paucis exceptis.
  - Plures simul obijci poßint.
  - Reus in illis actoris partes sustineat, ac probare teneatur.
  - Non intelligātur quicquam confiteri de intentione aduersarij qui illis utitur &c.

Interdicta

- Erant olim formæ atq; conceptiões uerborum, quibus prætor aut iubebat aliquid fieri, aut fieri prohibebat.
- Originem habent ex iurisdictione prætoris.
- Dicta sunt, quod inter duos dicantur, uel (ut alij uolunt) quod interim dicantur.
- Causam habent
  - Impulsiuam, contentiones de poßeßione.
  - Finalem
    - Commoditatem atq; utilitatem poßidendi.
    - Constituendi iudicij rationem.
    - Tranquillitatem ciuilem, ne scilicet ad arma ex contentionibus ueniatur.
- Diuiduntur
  - Secundum species, uel ratione formæ, in
    - Prohibitoria.
    - Restitutoria.
    - Exhibitoria.
  - Ratiõe subiecti, nam
    - Quedã competunt uel de reb.
      - Diuinis, ut de locis
        - Sacris.
        - Religiosis.
      - Humanis idq; uel
        - Alicuius q̃ sunt uel
          - Publica, ut de publicis
            - Locis.
            - Vijs.
            - Fluminibus.
          - Singulorũ quo ad
            - Vniuersitatem, ut Quorum bonorũ.
            - Singulares res, & spectantes uel ad
              - Ius suũ tuendũ, ut de
                - Liberis exhibẽdis.
                - Liberto exhibendo &c.
              - Rẽ familiarẽ cõseruandã, ut
                - Vti poßidetis.
                - De ui.
                - De itinere.
                - De aqua.
                - De riuis &c.
        - Nullius, ut de libero homine exhibendo
    - Quedam causam continent
      - Poßeßionis.
      - Proprietatis, ut de itinere actuq; priuato.
      - Quasi proprietatis, ut dẽ
        - Locis sacris uel religiosis.
        - Liberis exhibendis.
  - Ratione finis uel effectus, nam quedam sunt
    - Adipiscendæ Poßeßionis.
    - Retinendæ poßeß.
    - Recuperandæ.
  - Ratiõe qualitatis, nam.
    - Quedã sunt
      - Simplicia, in quibus alter est actor alter reus, ut sunt fere omnia.
      - Duplicia, in quib. par est utriusq; litigatoris cõditio, nec præcipue qs actor uel reus intelligitur, ut
        - Vti poßidetis.
        - Vtrubi.
    - Quandoq; sunt
      - Noxalia.
      - Non noxalia.
  - Ratione temporis, nam quædam
    - Sunt
      - Annalia.
      - Perpetua.
    - Referuntur
      - Ad præsens, ut Vti poßidetis.
      - In præteritum, ut de
        - Itinere actuq;.
        - Aqua æstiua.
- Dantur quandoq; pro reb.
  - Corporalibus.
  - Incorporalib. ut Seruitutibus &c.
- Sunt personalia in rem scripta.
- Non infamant.
- Solennia hodie non sunt in usu, sed eorum nomine actio in factum datur.

Tit.XVI. De pœna temerè litigantium.



Temeritas litigantiũ coërcetur

- *Ante litem, nam si quis absq; pretoris permissu uocauerit in ius uel*
  - *Parentes.*
  - *Patronos.*
  - *Patronas.*
  - *Liberos parentesq; patronorum patronarumq;.*
  - → *Pœna solidorum 50. tenebitur.*
- *In lite*
  - *Iuramẽto calũniæ,*
    - *Quo iurant*
      - *Actores, quod*
        - *Non calumniandi animo, sed existimando bonam se habere causam, litem mouerint.*
        - *Corrumpendi iudicij causa nihil uel dederint, uel dabũt, uel promittent.*
        - *Calumniosas non petent dilationes.*
      - *Rei, quod*
        - *Existimantes se bona instantia uti, ad reluctandum peruenerint.*
        - *Nihil dederint uel dabunt corrumpendi iudicij causa.*
        - *Calumniosas non petent dilationes.*
        - *Interrogati in iure ueritatem confitebuntur.*
      - *Aduocati, quod*
        - *Nullam iniustam causam suscipient.*
        - *Si litem susceptam iniustam cognouerint, dimittere uelint.*
    - *Quod remittitur*
      - *Parentibus.*
      - *Patronis.*
  - *Pœna inficiationis dupli, ut in*
    - *L. aquilia, de damno iniuria dato.*
    - *Deposito quibusdam casibus.*
    - *Legatis uenerabilib. locis relictis.*
- *Post litẽ*
  - *Impensarum præstatione, improbus enim litigator, & qui uictus est, damnum ac impensas inferre aduersario suo cogitur.*
  - *Infamiæ notatiõe, uel in*
    - *Delictis, ut*
      - *Vi bonorum raptorum.*
      - *Furti*
      - *Iniuriarum*
      - *De dolo*
      - → *non tantum si quis condemnatus eo nomine sit, sed etiam si pactus.*
    - *Contractib. ut*
      - *Mandati*
      - *Tutelæ*
      - *Depositi*
      - → *Directis non contrarijs actionibus.*
      - *Pro Socio utrinq;*

Officiū iudicis cōsistit precipue in

- Recte iudicando, non enim aliter iudicare eum oportet, quàm quod proditum est
  - Legibus.
  - Constitutionib.
  - Moribus &c.
- Forma sententiæ cōcipiendæ, sic in
  - Noxabilibus dominus non simpliciter condemnandus, sed adijciendum, eum uel noxæ dedere posse.
  - Realib.
    - Si contra petitorem iudicetur, absoluendus est possessor.
    - Si contra possessorem iudicetur, iubendus est rem restituere cum fructibus.
  - Personalibus, condemnandus est reus uel ad
    - Dandum.
    - Faciendum.
- Dilationibus dandis, ut cum agitur de
  - Probationibus.
  - Rei
    - Restitutione.
    - Exhibitione.
  - Debiti solutione.
  - Faciendi obligatione &c.
- Præstatione
  - Fructuum uel
    - Naturalium.
    - Industrialium.
    - Perceptorum idq; uel
      - Ante litem contestatam.
      - Post litem contestatam.
      - Consumptorum.
      - Non consumptorum.
    - Non perceptorum, sed qui percipi potuerunt.
  - Causæ
  - Vsurarum in bonæ fidei iudicijs.
- Cautionib. Iudicialibus interponendis.
- Adiudicationib., Mutuis condemnationibus, Diuisionibus, præsertim in iudicijs
  - Familiæ erciscundæ.
  - Communi diuidundo.
  - Finium regundorum.
- Compensationib. faciendis
- Aestimatione uel taxatione
  - Rerum.
  - Eius quod interest.
  - Iuramenti in litem &c.
- Contumaciæ punitione &c.

Publica

Tit. XVIII. De publicis Iudiciis.

- **Publica Iudicia**
  - Differunt in multis à cæteris iudicijs.
  - Dicta sunt, uel quod
    - Executio eorum cuiuis è populo plerunq; dabatur.
    - Publicis legibus specialiter fuerint introducta.
    - In potestate populi erant, specialiterq; ab eo mandabantur.
  - Diuiduntur in
    - Capitalia, quæ irrogant pœnam
      - Mortis.
      - Interdictionis aquæ & ignis.
      - Deportationis.
      - Metalli.
    - Non capitalia, quæ damnum tantum pecuniarium irrogant cum infamia.
  - Spectant principaliter uel ad
    - Rempublicā & communē utilitatem, ut
      - L. Iuliæ maiestatis, quæ
        - Locum habet in illis qui quid contra Principē uel rempub. moliti sunt.
        - Pœnam habet in relatis capitib.
          - Summum supplicium.
          - Memoriæ damnatiōem post mortem.
      - L. Iuliæ peculatus, quæ coercet eos, qui pecuniam uel publicā, uel sacram, uel religiosam compilauerunt, qui si sunt
        - Administratores, capitali animaduersiōe puniuntur.
        - Priuati deportantur cum publicatione bonorum.
      - L. Iuliæ de ambitu, quæ
        - Coercet eos qui uel
          - Mercantur magistratus & dignitates.
          - Noua uectigalia instituunt.
          - Cum rei uel accusatores sint, domum iudicis ingrediuntur.
        - Pœnam habet centum aureorum, cum infamia.
      - L. Iuliæ de annona quæ
        - Lata est in eos qui quid fecerunt quo annona charior esset.
        - Pœnam habet xx. aureorum.
      - L. Iuliæ de residuis, qua
        - Tenetur is apud quem ex publica pecunia quid resedit.
        - Tertia parte amplius quàm debet punitur.
    - Causam priuatā & ad singulos, ut
      - L. Iuliæ de adulterijs, qua pœna statuta est in
        - Adulteros gladij.
        - Stupratores
          - Honestioris loci, publicationis dimidiæ bonorum.
          - Humiliores, coercitionis corporis cum relegatione.
      - L. Corneliæ de Sicarijs & ueneficis, qua puniuntur
        - Honestiores deportatione cum publicatiōe bonorum.
        - Humiliores capite.
      - L. Pompeiæ de parricidijs qua in
        - Liberos qui parentes occiderunt singularis pœna morib. est introducta.
        - Cæteros, qui consanguineos uel affines interemerunt capitis est animaduersio.
      - L. Corneliæ de Falsis, qua
        - Serui capite plectuntur.
        - Liberi deportantur cum publicatione omnium bonorum.
      - L. Iuliæ de Vi publica, quæ
        - Intelligitur si cum armis uis fiat.
        - Pœnam habet in
          - Raptu fœminarum, mortem.
          - Cæteris, deportationem.
      - L. Iuliæ de Vi priuata, quæ
        - Fit sine armis.
        - Pœnā habet amißionem tertiæ partis bonorum cū infamia.
      - L. Flauiæ de plagiarijs, q pro delicti modo puniuntur, uel
        - In metallum.
        - Capite.

FINIS.